


02 H 1198





DISSE^RTAT^O IVRIDICA
DE
**IVRE CVSTODIENDI
REDITVS VACANTIS
BENEFICII**

QVAM
PRAESIDE
REGIAE FRIDERICIANAE DIRECTORE
Dn. IVSTO HENNINGIO BOEHMERO I^GTO
POTENTISSIMI BORVSSIAE REGIS A CONSILIIS INTIMIS
ET ORDINIS ICTORVM VICARIO PRAESIDE P. P.

DIE XXII. DECEMBER. MDCCXLII.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

H. L. Q. C.


SUBMITTIT

GEORGIVS DAVID TAVCHER
BEROL.



HALAE MAGDEBURGICAE
TYPIS IOAN. FRIDERICI GRVNERTI ACADEM. ET SENAT. TYPOGRAPHI.





VIR
REVERENDISSIME, ILLVS.
TRISSIME ATQVE
EXCELLENTISSIME.

Nunquam ausus fuissüm,
VIR REVEREN-
DISSIME, hæc um-
bratici secessus primor-

dia TIBI consecrare, cuius summa di-
gnitas, rerumque gestarum gloria, alia

STON

):(2

mu-

munera et illustriora grati animi monu-
menta procantur : nisi eximia TVA hu-
manitate, quam omnes, qui TE adeundi
habent facultatem , satis admirari ne-
queunt , fretus , mihi persuasissim TE
non omnino, hoc exiguum quamuis, re-
verentiæ testimonium aspernaturum
esse. Sunt enim in TE tot insignes ac
præclaræ dotes, vt non solum in expli-
candis illustris officii negotiis omnium
admirationem in TE conuertas, sed et-
iam doctrina atque excellenti scientia-
rum cognitione nemini prærogatiuam
concedas. Quamobrem cum non mi-

nore



nore amore prosequaris bonas litteras,
quam earum sis præclarissimus iudex,
non temere fecisse mihi videor, quod hic
ingenioli mei fœtus, patrocinium TVVM
efflagitaturus, emitatur in lucem illu-
strissimo TVO nomine insignitus.

Accedit præterea singularis fauor,
quo parentem meum et me non tantum
ornasti sed et cumulaasti, ita ut inter mor-
tales ego omnium essem ingratissimus,
sinon, occasione data, ostenderem animi
deuotissimi scintillas quasdam, quæ, ut
aliquando in flamمام exardescant, se-
dulo enitar. Nunquam enim, quoad

mens mea sui habebit copiam, patiar
quenquam me in TE celebrando colen-
doque antecellere. Quamobrem ea,
qua pars est reuerentia, contendeo VIR
REVERENDISSIME, ne tam egre-
gium animi mei stimulum (liceat enim
in eo mihi ipsi placere) repudiando hunc
eius prodromum reddas hebetem obtu-
sumque, qui licet non satis dignus sit
tanto Viro, haud tamen plane indighus
erit venia, cum tenerimum mentis af-
fектum habuerit auctorem, meliora et-
iam pollicitantem, si DEVS ætatem ac
vires donauerit. Præterea id præsidis

anem

§) :

mei,



mei, viri et senectute et meritis in iuris-
prudentia conspicui, dabis nomini, ne
alio quam beneuolo vultu præsens opus-
culum intuearis. Ceterum DEVM T.
O. M. fatigatus sum precibus, vt TE,
VIR REVERENDISSIME præstet
saluum incolumemque ad AVGVS-
TISSIMI REGIS sanctiora adminicu-
la, in familiæ nullius non genere virtu-
tis exsplendentis gloriam, in patriæ
totius et omnium bonorum præsens fo-
latium. Contingat utinam! hoc mihi
a scaturagine perfectionum omnium im-
petrare, vt tamdiu TE superstitem si-

nat

GEORGAS DAVID TACCHIUS



nat DEVS, quamdiu conciues mei in
TE magnanimitatem, misericordiam,
benignitatem et illam singularis doctri-
næ et eximiæ naturæ diuinam confor-
mationem admirabundi, id est in sempi-
ternum considerabunt. Vale.

REVERENDISSIMI ATQVE
ILLVSTRISSIMI
NOMINIS TVI

cultor deuotissimus


GEORGIVS DAVID TAVCHER.

116





DISSESSATIO IVRIDICA
DE
IVRE CVSTODIENDI
REDITVS VACANTIS
BENEFICII



§. I.
agna merito est antiquitatis ve-
neratio et rerum olim in vita
ciuili gestarum memoria. 1)
Hæc non tantum iucunda, sed
ad multa vtilis, vt præclare in-
nuit CICERO 2) imo ad origines rerum inda-
gan-

*Antiquitatis
studii enco-
mium et præ-
fatio.*

- 1) Hæc fuit olim sententia PLINII SECUNDI lib. VIII ep. 24.
hæc præcepta MAXIMO, cui scribit, dantis: reuenerere glo-
riam veterem et banc ipsam sententiam, quæ in homine ve-
nerabilis, in urbibus sacra est: sit apud te honor antiqui-
tatis, sit ingentibus factis, sit fabulis quoque. Hanc ob cau-
sam etiam MACROBIUS lib. III, Saturn. c. 14. recte censuit,
vetustatem nobis, si sapimus, semper adorandum esse; cu-
ius recordatio plena est doctrinæ, eruditio[n]is et suavitatis.
2) Lib. III. in Verrem hoc modo rationes subducens: ex-

A

pestant

DE IVRE CVSTODIENDI

gandas necessaria. Nihil magis rei iuridicæ profuit, nihil magis eius cultum eximum promouit, quam antiquitatum ecclesiasticarum pariter ac ciuilium h. e. Romanarum et Germanicarum exacta notitia ad iurisprudentiam allata,³⁾ adeo, vt hi, qui statum veterum iurium, licet

I pectant *ii*, qui audiunt, exempla ex vetere memoria et monumentis ac litteris plena dignitatis et antiquitatis. *Hæc plurimum* solent et auctoritatis habere ad probandum et iucunditatis ad audiendum. Nihil suauius est monumentorum ecclesiasticorum veterum lectione, ad veritatem in religione et disciplina ecclesiastica indagandam non tantum perutilis, sed etiam necessaria, quæ dulcem operatur memoriam integratam et puritatis ecclesiasticæ, qua hodie plures ecclesiæ desiruntur. Exultat animus seduli antiquitatum indagatoris, si deprehendit, se hac via scopolos vbiique occurrentes euitare et recto tramite in quoconque arguento procedere, prætextusque inanes a veris causis discernere posse, quorum vbiique copia abundat campus, in quo militant eruditæ.

3) Pleraque ab antiquis moribus petuntur, qui *ius non scriptum* seu scriptura non definitum et determinatum, constituant. Etiam hi suum fundamentum habent, quod nihil ratione sufficiente careat. Hoc vero unde alter cognoscitur, quam ex antiquo statu ecclesiæ atque rei tum publicæ, tum domesticæ, ut interpretes, qui iura ecclesiastica, publica, feudalia et priuata exponunt, egregie hoc usque demonstrarunt. Infinitis obuoluta tenebris fuit iurisprudentia, quamdiu interpretum animus ab antiquis moribus indagandis et ex veteribus fontibus eruditis abhorruit. Illustrior vero longe facta est eius facies post-

REDITVS VACANTIS BENEFICII.

A 3

licet præsenti reipublicæ conditioni minus convenientium amplius, sed iam extinctorum, e tenebris in lucem deduxerunt, oleum et opem perdidisse, minime dici possint. Etenim (I) sicuti ab effectu ad causam recte argumentamur, ita hæc iura, quæ antiquitus obtinuerunt, rerum ciuilium et ecclesiasticarum veras rationes ostendunt, perspicuum earum conceptum nobis ingenerant, et differentiam negotiorum antiquorum ac præsentium, quæ tamen ab illis promanant, innuunt, 4) docentque

*Ac veritas
multiplex.*

postquam ardor, senectutem ipsam morumiam dudum sepultorum in lucem protrahendi, plerorumque animos incendit, ceu prolixius monstrauit Dnus PRAESES in prefat. ad Briffonii tract. de verb. significat. a B. HEINECCIO in nouam coniectum formam et multis auctum accessionibus.

- 4) In Germania præsertim, que insinira ex antiquis retinuit moribus, sed per infelicitatem seculi, nimis iuribus peregrinis addicti, plura admiscerunt ex iure Romano, a rationibus rerum germanicarum tamen alieno, que sedulo tamen discernenda, ut vel exemplum comminionis bonorum inter coniuges olim per Germaniam visitata docet; vnde plura hodie in quibusdam prouinciis subsunt rudera, per iuris peregrini receptionem tamen corrupta. In quibusdam tamen in prisco perficit statu incorrupta, quæ vñce ex antiquis sunt indaganda et explicanda principiis iuris Germanici, iure Romano prorsus remoto, in quo Icti veteres magnopere a via eber-

A 2

rarunt.

qua cautione in antiquis iuribus applicandis et in conclusionibus diiudicandis verandum sit.
 (II) Hæc explicando simul deducimur in veros rerum et status antiqui 5) primos ortus, sine qui-

rarunt. In iure publico præterim originum notitia infinitos errores dextrix, ut recte dixerit illustris de c o c e i i in juris publici prudentia historiam antiquitatum Germanicarum omnes ferre punctum et dimidiam huius iuris notitiae partem absoluere. Et quid dicam de *iure ecclesiastico*, tot erroribus hodie adhuc infecto, qui tamen aliter detegi non possunt, quam ex disciplina antiqua ecclesiastica. Sacerdotem *ordinatum* non posse reuerti ad statum secularis, Tridentini docent, characterem indelebilem animæ ordinati impressum fingentes. Hanc doctrinam ignorauit purior præfæcæ ecclesiæ sententia, quæ sacerdotes et ipsos episcopos lapsos vel aliter delinquentes ad *communionem laicorum* deduxit, quæ, quid fuerit, demum monumenta prisci ævi docent, et ab hodierna contorta explicacione liberant. Hoc præsidio vtuntur protestantes, sacerdotibus suis, ut statum mutare possint, indulgentes; de aliis infinitis moribus ut nihil dicam.

5) Status ecclesiastici antiqui sistema varie concipiunt eruditæ, suisque applicant sacris, prout ratio ecclesiæ, cui nomen dederunt, id postulat, ut pluribus docuit Dnus PRAESES in *prefat. tom. V iur. eccles. protestant.* unde tamen iura eorum antiqua aestimanda sunt. Qui ecclesiæ antiquam sub systemate *reipublicæ independentis* concipiendam esse, sibi prorsus imaginantur, longe diversa iura his tribuunt, quam hi, qui *æqualis collegii* iura illis competuisse recte asserunt, cuius contentionis fundamenta tamen vnicæ ex primæ ecclesiæ institutis ei vsu agen-

REDITVS VACANTIS BENEFICII.

5

quibus facies *iurisprudentiae* hodiernæ non re-
cte illustrari et intelligi potest. (III) Quotidie
legendo terimus monumenta veterum scripto-
rum: diplomata et vetera monumenta e te-
nebris eruimus atque leges antiquas, decreta
patrum et conciliorum ad necessarium usum e-
voluimus, quorum nemo mentem et rationes
capere, et sic nec vim probandi ullam inde pe-
tere, nexumque verum negotiorum ostende-
re potest, cuius indagatio tamen ad repellen-
dos et aperiendos contradicentium errores ma-
gnopere iuuat. 6) Denique (IV) iactura iū-
rium

agendi trahenda funt. Qui antiquorum et hodiernorum
episcoporum potestatem inter se confert et alia ad disci-
plinam veterem et præsentem pertinente in Romana ec-
clesia intuetur, se in nouo plane orbe viueat, facile exi-
stimabit, id quod demum priscorum iurium ecclesiasti-
corum sedula euolutio docuit.

6) Bellum graue admodum nuper exorum est de statu an-
tiquo *ministerialium* in Germania, ut scripta publica hoc
de argumento edita, docent. Nobilitati immediatae qui
nimis indulgent et ab ea conducti videntur, conceptum
eorum genuinum prorsus deprauant, et ignominiam fer-
viliis conditionis ab iis remouere, contra fidem gesto-
rum, satagunt. Neutri qui parti addicti sunt, ex ratio-
nibus, Germanicae nobilitati olim propriis, facile demon-
strant, quæ eorum fuerit conditio et ratio, inter quos
præcipue laudandus est per illustr. de LUDEWIG in *iurib.*

A 3

feu-

rium antiquorum eorumque amissio s^epe nobis aperit aditum ad fontes eruendos, quibus factum, vt ea abolita vel per iniuriam antiquis possessoribus erupta fuerint, quorum tamen legitimam potestatem, ab aduersariis negatam, habuerunt, cuius vindices, veritatis studio d^uti, esse debemus. 7)

§. II.

*Progressus ad argumentum
huius dissertationis.*

Quæ cum ita sint, non inutilem me suscep-
tum laborem credidi, si de *iure antiquo*
sed hodie fere antiquato *custodiendi redditus va-*
cantis beneficii, tum in *feudis*, tum in *ipsis be-*
neficiis ecclesiasticis olim *visitati*, 8) meditatio-

nem

feudorum. c. III. f. 10. p. 134. seqq. qui succinete ex rationib-
us solidis statum eorum enucleat. In *iure patronatus*
percontando multum situm esse, omnes norunt, qui iuri-
s hoderni, patronis in dubium vocati, propugnacio-
nem suscipiunt, et depravatum conceptum a vero sepa-
rare allaborant.

7) Plura iura imperatoribus erupta sunt, legitimo exercita
titulo, quorum vindices prisci ævi ICti esse non potue-
runt, praesidiis necessariis antiquitatum destituti. Huc
refero inuestituram per annulum et baculum, ius regalia-
rum et similium per iniuriam iis a curia Romana in tene-
bris vniuersalibus erupta, vt infra in hac dissertatione
declarabo.

8) Feuda olim etiam *beneficia dicta*, imo hanc appellatio-
nem in illis antiquiore, et a *feudis* ad *officia ecclesiasti-*

ca

REDITVS VACANTIS BENEFICII.

7

nem instituerem, eiusque rationes et funda-
menta ex pristina feudorum et dominii, quod
domino feudi competit, indole, deducerem,
atque pro modulo ingenii quibusdam obserua-
tionibus exornarem. Deducit hæc ipsa nos ad
legitimam feudorum antiquorum originem
et imaginem pernoscendam 9) ostenditque,
quam

*Cuius usilitas
monstratur.*

ea tractam fuisse tralatitium est: vsus tamen pedetentim
hæc duo distinxit, vt, ius clericis tributum, percipiendi
reditus certorum bonorum ecclesiasticorum, ecclesiastico of-
ficio iure perpetuo, auctoritate sacra, assignatorum ob offi-
cium ecclesiasticum, hodie vocemus stricte beneficium; et
perceptionem commodorum concessorum sub nexu specialis
fidelitatis nunc feudum appellemus. Quamuis vero ap-
pellatio beneficij quibuscumque officiis sacris, constanti-
bus redditibus instructis, applicetur, expeditum tamen
est, beneficia iuris patronatus olim propius feudis acces-
sisse, quod ob servitia domestica sacra a patrono h. e. do-
mino praestanda, hæc collata fuerint, et in iis fides eor-
um cum reverentia coniuncta se se exferuerit. Postquam
vero ecclesiæ, iuri patronatus subiectæ, in parochias, et
sacra priuata seu domestica extraordinaria in publica et
ordinaria mutata sunt, paulatim declinarunt a vera ra-
tione feudorum, quod reverentiam quidem adhuc patro-
no, vt collatori, pastores debeant, officium tamen sacram,
hodie publicum sit in vsum omnium parochianorum, non
solius patroni, exercendum. Interim beneficia ecclesi-
stica quævis adeo feudis accedunt, vt facile instituta feu-
dalia ad ea tracta fuerint.

9) Loquor de feudis antiquis, quæ in prima sua origine
non

quam insigni pondere vires prisci dominii, quod *directum* hodie vocant, præualuerint dominio feudorum hodierno, iura vero vasallorum precaria et temporaria ab hodierna eorum potestate discriminata fuerint. Interest præterea nostra, nosse iura antiqua, quorum in antiquis diplomatis usaliisque monumentis mentio iniicitur, et quorum rudera adhuc hinc inde conseruata sunt, quorumque sepe in iure canonico adhuc mentio iniicitur, in quo inter alia *ius guardiae* et *custodiae* adhuc sepe occurrit ex natura feudorum tractum. 10) Conclusiones

non erant in liberos *successoria* aut *hereditaria*, æque ut *beneficia ecclesiastica*. Aequo illa olim exspirabant morte vasalli, sicuti haec morte clericorum, et sic de novo successori conferenda erant, adeo ut, sicut olim haec collatio in feudis *arbitraria* et *precaria* fuerit, ita etiam ab initio olim *collatio certi beneficii*, vnde clerici pascerentur, in arbitrio et potestate episcopi fuerit, ut ostendit *THOMAS MASSINVS de vet. et noua eccles. discipl. P. III. lib. II. c. 16. ss. 4. sqq.* Sicuti vero pedetentim feuda per successionem in liberos deuoluta sunt, ut tamen hi *noua investitura* indigeant, ita pariter *beneficia ecclesiastica* perpetuos successores, de novo designandos et inuestiendos, acceperunt, et ita haec quoque officiis sacris *constantes et perpetuos redditus* pepererunt.

10) Redituum ad *custodiam* pertinentium, vacante beneficio, mentio sit in c. g. de offic. ordin. in 6. insimulque docetur

siones quædam ex hoc iure adhuc in quibusdam supersunt dicecibus, vulgo *consuetudini* vel *obseruantia ecclesiastica* attributæ, cuius tamen fundamentum vnicè in hoc quærendum principio. Denique cum passim intelligamus, pontifici Romano vindicari *iura spolii*, quæ pariter ex hoc *custodia* iure fluunt, facili negotio demonstrare licebit per iniuriam sumam hæc ipsa cæsari erepta et pontificali protestati sine fundamento asserta. Gaudet adhuc Gallia iure *regaliarum*, quod ab antiquo *custodice* iure recte petunt interpretes, ut infra ostendendum erit. II)

§. III.

cetur de beneficiis ecclesiasticis prædicari, collationem, ordinationem, præsentationem et custodiam, que tamen magnopere inter se differunt. Collatio prælatis in generale, imo etiam capitulo: ordinatio soli episcopo: præsentatio patrono: denique custodia beneficiorum minorum, etiam quandoque archidiaconis competit, qui vacanti ecclesiæ interim prospiciunt, eiusque curam et custodiam habent. c. 31. X. de appellat. Pariter in clem. vn. de excess. prælat. vers. præterea interdum. c. 23. X. de iure patron. c. 12. de pennis de hoc custodia iure agitur, et speciatim custodia sive guardia vocatur in c. 13. de elect. in 6.

II) Vid. PETRVS de MARCA de concord. sacerd. et imper. lib. VIII. c. 18. seqq. c. 22. §. 7. NATALIS ALEXANDER tom. VII. hist. eccl. p. 426. seqq. p. 430. §. 6. p. 433. et 458.

B

HERI-

§. III.

*Definitio cu-
stodie feudalis
vel beneficii
vacantis.*

Est vero CVSTODIA VACANTIS BENE-
FICIU^m seu FEVDI nihil aliud quam facultas mo-
ralis domino competens vacantis feudi redditus
tamdiu, quamdiu vacat, percipiendi ac suos
faciendi feudumque sub sua cura et asseruatio-
ne retinendi, donec successor de eo rursus inue-
stitus fuerit. Erat ergo facultas moralis, quia

*Domino feudi
olim compere-
bat.*

olim domino proprietas fere vnicē in feudo
tribuebatur, vatallo vero usus fructus quidam,
ut in iure Longobardico ¹²⁾ dicitur, adeoque
dominus iure suo, eoque perfecto, feendum va-
cans recipiebat, et interim iure dominii ple-
no posidebat eodem modo, quo hodie feu-
dum ad dominum redit, quando apertum est.

In ista de causa,

Neque enim hæc facultas alii quam domino
competere poterat, utpote cuius primario in-

HERICO VRT dans les Loix eccl. dans leur ordre natu-
relle p. II. c. 6. pluresque ab his laudari.

¹²⁾ 2. f. 23. In formulis antiquis, quæ ad Carolingica tem-
pora pertinent; frequens occurrit hæc denominatio. In
formulis SIRMONDICIS sub n. 38. apud BALVZIVM tom. II.
capitular. p. 490. hanc deprehendo: ad tuam petitionem
nostra decreuit voluntas, ut tibi res nostras vel sancti il-
lius in pago illo beneficiare usufructuario ordine debere-
mus, quæ formula etiam precariis communis fuit, ut
plures formulæ ostendunt.

¹³⁾ Hoc

tererat, ex dominii ratione, quod interim *pleno iure* ad eum reuertebatur, nec successor illud aliter recipere poterat, quam ex noua gratia, collatione seu *inuestitura*, vt interim, hac deficiente, feudum vacare diceretur.

§. IV.

Quod vt recte intelligatur, sciendum est, beneficia hæc seu feuda primitus a regibus Francorum vnice concessa fuisse proceribus, tum vt eorum animos sibi conciliarent et insiginem libertatem constringerent: tum etiam vt eos in *fide* et *deuotione* ad strictissima beneficii intuitu retinerent. 13) Erant vero hæc beneficia diuturno tempore precaria, et ad vitam possidentis duntaxat durabant, 14) adeoque

*Feuda olim
morte vaca-
bant, nec suc-
cessoria erant.*

morte

13) Hoc argumentum plenius excusit *autor* diss. de origine feudor. præside B. THOMASIO habita.

14) Duplicis generis bona deprehenduntur in antiquis monumentis, *propria*, et *de munere regio concessa*, quæ et *fiscalia* dicebantur. Illa quidem ad heredes transibant, non æque hæc, ob *seruitia militaria* concessa, quæ morte expirabant. Vnde querele graues contra eos motæ in capitularibus, qui *beneficiario iure* possessa bona iure proprietatis sibi assererent. Hunc abusum noratum inveni lib. III. capitular. c. 19. apud BALVZ. tom. I. capitular. p. 738. auditum habemus, qualiter et comites et alii homines, qui nostra BENEFICIA habere videntur, comparent

morte vasalli sicuti alia officia vacabant, vel etiam reuocatione domini, si non *bene seruiebat* vasallus, prout in capitularibus passim dicitur 15) quod fides ipso opere seu *seruitio militari* praestanda esset, et ita *fides* non esset sine *operibus*. Qui a *nexus fidelitatis* discedebat,

rant sibi *PROPRIETATES* de ipso nostro beneficio. Item e. 20. audiuimus, quod aliqui reddant *BENEFICIVM* ad alios homines in *PROPRIETATEM*, quod praecaudendum esse iubet *CAROLVS*, quia qui hoc faciunt, non bene custodiunt fidem, quam nobis promissam habent. Illustrabo hoc argumentum verbis *BIGNONII* in *not.* ad *Marculfum* apud *BALVZIVM* tom. II. capitular. p. 875. Omnia *prædia*, ait, aut *propria* erant aut *fiscalia*. *PROPRIA* seu *proprietas* dicebantur, quæ nullius iuri obnoxia erant, sed optimo maximo iure possidebantur; ideoque ad heredes transibant. *FISCALIA* vero seu *FISCI* vocabantur, quæ a rege ut plurimum, posteaque ab aliis ita concedebantur, ut certis legibus seruitiisque obnoxia, cum vita accipientis finirentur. Idem innuit feudista 1. f. 1. §. 1. aiens: antiquissimo tempore sic erat in dominorum potestate innatum, ut quando vellent, possent auferre rem in *feudum* a se datam. - Deinde statutum, ut usque ad vitam fidelis produceretur. Plenius hoc argumentum illustrat *CRA-GIVS* in *iure feudalib.* I. tit. 4. §. seqq.

15) Haec formula occurrit lib. V. c. 377. apud *BALVZ.* tom. I. capitular. p. 904. quia nos volumus illi *BENEFICIVM* dare, qui nobis *BENE SERVIERIT*. Sicut itaque officia erant reuocabilia et per mortem exspirabant, ita quoque *nexus fidelitatis* seruitiis exhibitus, morte desinebat vel revocabatur, si vasallus non bene seruierat.

16) De

item invenit
et quod
est in libro

vel contra eum agebat, *feloniam* commisisse postea dictus fuit, quæ causam feudum reuocandi olim eo facilius præbebat, quod beneficia hæc essent precaria ex *munere regio* ut plurimum concessa. Quocirca mortuo vasallo filiis eius nullum ius in feudo erat, sed ad dominum illud reuertebatur, vel si ex rebus ecclesiasticis a regibus concessum erat, ¹⁶⁾ ad ecclesiam, quamuis nonnunquam unus alterue ex filiis apud dominum instaret, ut ex noua gratia sibi feudum pro militari obsequio concederetur. ¹⁷⁾

§. V.

¹⁶⁾ De hoc more bona ecclesiastica et monasteria in beneficium dandi laicis per concessionem regiam plenius agit JOSEPHVS FILESACIVS de *sacrilegio laico*, quo nomine designauit hunc antiquum abusum. Episcopi quidem in conciliis has concessiones atro carbone notabant, et extorquebant a CAROLO M. promissum, quod mortuis possessoribus bona libera ad ecclesiam reuerti vel ab episcopis peti et horum concessione possideri deberent, ut docet *capitulare de a. 814. CAROLI M. apud BALVZ. tom. I. capitular. p. 527 c. 3.* sed parum hæc proutio profuit, quin potius postea diuturno tempore adhuc continuatus est, ut FILESACIVS monstrat.

¹⁷⁾ Exornabo hoc memorabili *epistola CXIX. CHRISTIANI LVPI ad Aeneum episcopum ex edit. Baluz. p. 174.* unde constat, Hildegarium ab episcopo laudato habuisse beneficium, quo defuncto, intercessione LVPVM apud episcopum pro filio eius, ut beneficium patris ei concederet. Ita enim scribit: *Me vero monasterium ingredientem*

§. V.

Tandem variis
ex causis suc-
cessoria facta.

Quia vero bene meritorum filii saepe a re-
gibus hanc expetebant gratiam, ut et ipsi ex
noua collatione beneficia paterna possiderent,
pedetentim inualuit, ut ad petitionem filio pa-
tris beneficium de nouo conferretur, non qui-
dem regulariter, sed noua quadam collatione
et inuestitura,¹⁸⁾ quod tandem extincta stir-

pe
id
(V)
tristis exceptit nuncius, ostendens, Hildegarium vestrum,
qui neptem meam habebat in coniugium decepisse. Vnde
proprio affectu e propinquorum utriusque linea impulsu, af-
ferventium, me apud vos plurimum posse, sanctitati vestrae
has litteras destinavi, supplicans, ut filio ipsius, super quo
postulauit, concedere dignemini beneficium, tutorem ve-
stro, qui et moribus vestris congruat et MILITARE OBSE-
QUIVM exigat, laudabili prudentia statutatis. Non be-
neficium ecclesiasticum, sed feudale intelligendum recte
innuit BALVZ. ad Lupum p. 456. additque: nam vasallo
mortuo beneficium redit ad dominum, adeoque stricto iu-
re denegare poterat filio Hildegarii patris beneficium,
tum quod ad episcopum reuersum esset: tum quod ad-
huc puer esset et militare non posset. Quando ergo fi-
lio defuncti vasalli beneficium patris concedebatur, illud
fiebat ex noua gratia vel inuestitura.

18) Hoc recte obseruat CRAGIVS de iure feud. lib. I. tit. 4.
-iv. §. 8. et, non negandum quidem, ait, Carolum magnum,
sub quo feuda adolescere coepерunt, primum feuda liberis
vasallorum indulsiſſe, ut vasalli ad liberos primi gradus
sua prædia, que ex beneficio alieno possidebant, transmit-
terent: sed haec neque eo regnante neque aliquot post annis
in

pe Carolingica fere vniuersaliter in morem abiit,¹⁹⁾ non tamen aliter, quam si liberi pro hac *gratia* concedenda dominum implorauerint, et nouam acceperint inuestituram.²⁰⁾ Nouum adhuc accessit vinculum pristino mori, quod qui primitus de feudo inuestirentur, pro se et posteris suis inuestirentur,²¹⁾ ex quo *contratu*

in legem abierunt, sed privilegio erant propiora, quod THEGANVS de gest. LVOVICI Pii c. XIX testimonio suo confirmat.

19) Magis ad successionem liberorum inclinarunt feuda tempore CONRADI Salici, de quo WIPPO in vita eius apud PISTORIVM script. german. tom. III. p. 469. nouiss. edit. et p. 439. ant. edit. haec refert: militum vero animos in hoc multum attraxit, quod antiqua beneficia parentum nemini posteriorum avfferri sustinuit. Ipsa constitutio CONRADI refertur in LL. Longobard. lib. III. tit. 3. leg. 3. apud LINDENBROGIVM in cod. LL. antiqu. p. 678 et laudatur i. feud. s. f. 2. unde fluxisse videtur regula iuris antiqui feudalis Germanici: es vererbet niemand kein Lehn, denn der Vater auf den Sohn. vid. ius feud. Saxon. c. 21. ius feud. Alemann. c. 42. f. 2.

20) Quod non tam iure hereditario, quod exulat regulariter in feudis, sed ex noua collatione, et sic novo titulo succederet filius, et feudum acciperet. Inde in constantem abiit morem, renovationem inuestituræ, et quidem submisso prorsus modo, mutato domino vel vasallo, petendi, quod haec renovatione olim singulari gratiæ domini attribueretur.

21) Hoc vinculo vasalli praesertim oblatis in feudum bonis allo-

tractu liberis ius quæsitum natum est, vt suo iure *inuestituram nouam* vel eius *renouationem* petere potuerint, præsertim postquam tot latifundia infinita allodialia variis occasionibus dominis territorii vel aliis in feudum oblata, et feuda ipsa etiam *titulo oneroſo* in alio translata fuerunt, quæ liberis quidem negari non potuerunt, non aliter tamen *oblata et acquisita*, quam vt liberi masculi, ad militiam idonei, ex more prisco, tempore successionis *inuestituram* peterent, et nouiter ea illis hoc modo collata viderentur. 22)

*Renovatione
inuestitura ra-
men petita.*

§. VI.

allodialibus vel titulo oneroſo acquisitis, sibi prospexerunt, vt *ex pacto ac prouidentia maiorum*, et sic *iure proprio* filii in feudum succederent, etsi heredes patris secundum *ius feudale Germanicum* non fuerint facti in alodio, vt decernit *ius Saxon. prov. lib. II. art. 21.* et *ius feud. Sax. c. 55.* vberius vero illustravit perill. Dn. de LVDEWIG de obligat. *success. in principal et clientel. c. VI. f. 2.*

22) Utilis præterea hæc *renouatio* fuit, vt intelligerent filii, ceterique successores, hæc bona non *iure hereditario* in eos transire, sed a reliquis bonis hereditariis in perpetuum distinguerentur, atque ita domino ius suum salvum et integrum maneret. Adeo vero necessitas petendi *renouationem* retenta fuit, vt secundum rigorem iuris feudo priuandus esset illam negligens, quod sub hac conditione *successio* liberis promissa: *si inuestituræ renouationem* petierint, quamvis hæc necessitatibus facta, et nemini, nisi *indigno et inhabili*, denegari queat.

23) Cu-

§. VI.

Quia ergo olim hac ratione feudum accipiebat filius legitimus per *nouam collationem*
seu *inuestituram* et ab hoc tempore demum fru-
ctus suos faciebat, feudum per mortem vasalli
vacabat, et tantisper ad dominum reuerteba-
tur, qui illud *iure custodiae* 23) possidebat, fru-
ctusque

*Feudum morte
vacans reuer-
tebatur ad do-
minum qui il-
lud tantisper
custodiebat.*

23) Custodiae huius vestigia primum ex legibus antiquis
eruenda. Inter capitula CAROLI Calvi tit. LIII. §. 10.
quae in conuentu apud Coriscum anno DCCCLXXVII.
constituta sunt, c. 8. custodiae huius *feudalis* fit mentio:
*si aliquis episcopus interim obierit, archiepiscopus ipsi se-
di visitatorem secundum sacros canones deputet, qui una
cum comite ipsam ecclesiam, ne praedetur, CVSTODIAT,*
usque dum ipsius episcopi obitus ad vestram notitiam veniat.
Quia enim regibus et imperatoribus inuestitura per *an-*
nulum et *baculum* competebat, vacante hoc beneficio,
nomine regio custodia recipienda erat a comite, quam
tam diu retinebat, donec rex electum approbasset et in-
vestiuisset. Eleganter hoc ex moribus feudorum anti-
quis trahit PETRVS de MARCA de concord. sacerd. et im-
per. lib. VIII. c. 22. §. 5. simulque sententiam nostram
confirmat his verbis: *Vnde factum est, ut quemadmodum*
plurimarum huius regni prouinciarum confitudo domino
feudi addicit usum fructum, quoties feudum vacat per mor-
tem vasalli, sic reges eo feudorum iure quoad regalia sive
patrimonia episcopatum usi sint interim, dum eorum cu-
stodiari ad se receperant, donec sedi vacanti prefectus es-
set episcopus, et donec is inuestituram a rege accepisset,
iuramentumque fidelitatis prestitisset. In hoc consistebat

C

ius

Donec filius inuestitus fuerit. Etulque suos faciebat, donec filius nouiter inuestitus fuerit. 24). Huic vero præscriptum erat

ius illud custodiæ famosissimum, quod et *wardam* seu *guardiam* vocabant, ceu constat ex legibus MALCOLMI regis Scotiæ c. i. §. 3. apud FREHNEVM in glossar. script. med. cum voce *warda*: et ibi omnes barones concederunt sibi *wardam* et *releuium* de herede cuiuscunq; baronis defuncti ad sustentationem domini regis. Præterea GREGORIVS X. in c. 13. de elect. in 6. sollicitus est de iure eorum, qui *regalia*, *custodiæ* siue *guardiam* *aduocationis* seu *defensionis* titulum in ecclesiis seu quibuslibet aliis piis locis exercent, et abusus duntaxat prohibetur, ne scilicet ea, quæ non pertinent ad fructus siue reditus *vacationis tempore* prouenientes, usurpent, quo ipso concedit, ea quæ pertinent ad fructus siue reditus *vacationis tempore* prouenientes, pertinuisse ad *guardiam* vel *custodiæ*, quod decretum defutum est ex concil. generali Lugdineensi II. de a. MCCLXXIV. c. 12. apud HARDVINUM tom. VII. concil. p. 711.

24) De hoc iure nihil fere in iure feudali disponi obseruat CRAGIVS in iur. feudal. lib. II. tit. 19. §. 1. putat tamen illud ex ratione iuris feudalis optime demonstrari posse, eiusque vsum in Scotia adhuc agnoscit, id quod hoc modo demonstratum iuit: *extra omnem controverson est*, mortuo vasallo, feudum ad tempus domino aperiri, donec heres inuestituræ renouationem a domino suo petierit et obtinuerit, fructusque interim dominos suos facere, quasi veri et solidi domini, non solum superiores, cum nullus vasallus illius feudi seu tenementi interea sit. Quod si heres intra annum et diem a morte defuncti inuestituræ renouationem non petierit, si maior sit, et nulla iusta excusationis causa interueniat, a iure feudi omnino cadit, feudum que

que in perpetuum domino aperitur ob ingratitudinem vasalli, qui totum annum et diem dominum suum non agnoverit, nec inuestituram ab eo petierit, nec debita servitia præstiterit. Ita recte subduxit rationes CRAGIVS, quod feuda ex prima sua origine duntaxat ad vitam concessa fuerint, et sic cum vita ipsa exspirauerint seu vacauerint. Licet vero posteris vasalli successio in feudum et officium ei annexum promissa fuerit, quilibet tamen successor nova inuestitura indigebat, et, collatione demum facta, fructus suos faciebat ad instar *exspectuarii*, qui, aperto feudo, possessionem, nisi ex permissione domini, apprehendere nequit, sed dominus re ad se reuersa interim et tam diu fruatur, donec de feudo inuestitus fuerit. Inde adhuc hodie in Germania necessaria est *renouatio inuestitutæ*, intra anni spatium submissæ petenda, quamvis dominus interim fructus feudi non amplius suos faciat, quod qua ratione mutatum fuerit §. seq. monstrandum erit. In episcopatibus et prælaturis maior evidentia feudi vacantis sese exseruit, quia non æque, vt in secularibus, mox adest successor certus, sed is demum per electionem vel postulationem designandus erat, et intra annum a cæsare inuestiendi de regalibus, adeo vt ante inuestituram olim vasallos suos haud potuerint inuestire prælati, vt docet OTTO Friesenensis lib. II. c. 27. refertque impetitum fuisse Hardeonicum, quod nouiter per electionem cleri et populi et metropolitani sui consecrationem pontificatum acceperat. Regalia siquidem, ait, quæ iuxta rationes curiae, nulli episcoporum militi, antequam de manu principis suscipiantur, tradere licet, ipse huius rei nescius, impræmeditate, morante adhuc in Italia principe, tradiderat, ab eo in causam positus dum et factum inficiari, qualitatemque facti defendere nequit, compositionis incurrit nexum, ceteri quoque qui ab eo suscepserunt, quique iuxta suam conditionem et sortem, in plus minusue consimili pena damnantur.

*Præferim si
ad legittimam
æstatem bāud
peruenisser.*

erat tempus annale 25) petendi renouationem inuestituræ, adeo, vt ab hac successione per *præscriptionem* 26) exclusus esset, qui hoc fatale neglexisset, et sic non tam feudum ei adi mebatur, quam is a petendo et agendo excludebatur. Præcipue vero hoc ius *custodiæ* lucratiuum locum habebat, si successor ad legitimam æstatem, 27) qua feudum petere et seruitia præstare poterat, nondum peruenisset, quod tunc *vicarium* pro successore vasallo adhuc inhabili constitueret dominus, fructus interim iure dominii perciperet, iura tamen simul pupillorum tuere-

25) Est haec præscriptio *iuri Germanico* propria, et in multis iuris articulis olim obtinuit, atque hodiendum adhuc obtineret, vt præclare docuit B. HEINECCIVS de *annali præscript. Lubec. et Dn. PRAES. in diff. de utilitate et com modis pacti de præstanta euictione.*

26) Hodie quod mox possessionem feudi vel apprehendant vel continuent liberi vel agnati, et sic fructus suos faciant, si intra hoc fatale inuestitaram non petierint, dicuntur priuari feudo, et ita dominus agit contra vasallum actione priuatoria. Olim, et hodie adhuc in *Scotia*, vasillus contra dominum hoc casu coram superiori agebat, cui hic exceptionem *præscriptionis* opponebat, qua probata, reus absolvebatur, et auctor a iure agendi exclusus erat.

27) Quia *habilitas* ad seruendum et præstandum iuramentum fidelitatis desideratur.

28) De

tueretur, et sic eorum nomine lites suscipi-
ret. 28). Adepta vero perfecta ætate, qua iu-
ramentum præstare et inuestituram petere se-
cundum leges poterat, custodiam feudi dimit-
tere tenebatur dominus et inuestito feudum
restituere. 29) Breuiter: quamdiu feudum va-
cabat,

28) De hac ætate videndus est per ill. de LVDEWIG de æta-
te puber c. III. In Scotia annus finitæ pubertatis XXI.
præscriptus est, eaque ut iure Saxonico obseruante CRA-
GIO cit. I. c. 20. s. 1. quod ante hanc ætatem deficeret
habilitas ad seruicium necessaria h. e. causa ob quam feu-
di redditus lucrari possent. Etenim feudi concessio erat da-
tio ob causam, qua deficiente, et illa cessabat. Intererat
olim domini, ne ante ætatem legitimam successor ad-
mitteretur, adeoque haec sollicite non tantum determina-
nabatur, sed etiam alia corporis inhabilitas, eaque per-
petua, obstabat, quo minus vasallus, cui successio ex
pacto primi acquirentis erat promissa, ad feudum per in-
vestituram admitti posset, qua conclusione adhuc hodie
in feudis vrimur.

29) In Scotia hoc custodiæ ius adhuc obtinere, testis est
CRAGIVS lib. II. iur. feud. c. 20 s. 3 cuius rationem ipse-
met ex indole feudorum his deducit verbis: cum haec ve-
ra et nativa sit omnium feudorum conditio, vt vasallus do-
mino militares operas præbeat, eique in rebus omnibus ge-
rendis consilio et auxilio adsit, nec huic debito minor, siue
is sit mas siue femina, poterit res ondere, dominus inter-
ea fructus feudi sui percipit, vt vicarium pro sui vasalli
adhuc inidoneo berede substituat, donec ipse heres ad ser-
viendum domino sufficiat, quod cum ante XXI. annum in

masculis raro contingat, hoc tempus a iure præfinitum est
 custodiae heredis masculi, et CVSTODIA sive GUARDIA
 dicitur, quia dominus interea temporis heredem apud se
 custodire et liberaliter ex primis fructuum educare tene-
 tur. Atque haec custodia feudal is vel ideo cum perce-
 ptione redditum feudalium erat coniuncta, quia ante in-
 vestitum feudum tenere non poterat, quam demum
 accipiebat post legitimam ætatem impetratam. Breuiter:
 durante custodia dominus sive quis ab eo causam habens, o-
 mnia potest, quæ vasallus, dum viueret, poterat, ut ait
 IDEM cit. l. §. 9. proinde si pupillus plura feuda a diuer-
 sis tener dominis, quilibet dominus feudi custodiam ha-
 bebit eisdem legibus, quibus vel unus dominus habet.
 Ipsum ius feudale Saxon. c. XXVI. adhuc custodiam feu-
 dalem hoc casu agnoscit his verbis: des Herr ist iemehr des
 Kindes Vermundes in dem Gute. Daz ez Kind von ihm hat
 di wile erz an gevelle und verliehen hat, und soll das Geld
 (reditus) des Guhts nehmen, bis das Kind zu sienen jaren
 kommt. Additur in codice alio, idiomate inferiori Sa-
 xoniae proprio: unde na der tyd mot der Herr nicht des Kin-
 des Gute un Geld nehmen, quod iam ipse seruire domi-
 no possit. Duplex ratio tutelæ feudal is traditur in ver-
 bis laudatis: 1) quia a domino feudum olim concessum
 est et profectum: 2) quia dominus habet das Angevelle,
 de quo dicitur in iure feudali Allemannico c. LV. §. 1.
 Anievell ist nit Lehn rechtes, qua appellatione custodia
 feudal is designatur obseruante SCHILTERO ad cit. c. at-
 que indigitatur, eam non esse modum acquirendi feu-
 dum, sed tantum ius percipiendi redditus ex feudo pupil-
 lari. In iure feudali c. XXVI. ita dicitur: an angefell ist
 kein lehn recht, noch keine folge an den lehn herrn, quæ ver-
 ba ita interpretatur SCHILTER cit. l. In custodia feudal is
 non est ius feudi (si eam dominus tutori aut alii commis-
 rit) nec successionis aut renouationis impetrandæ a domi-
 no feudi; reuera enim hoc ius, angefelle, olim dictum
 fuit,

cabat, nec successor inuestitus erat, tam diu custodia feudi lucrativa olim durabat, et domino ius percipiendi fructus competebat. Eadem *custodia* produxit quoque olim *tutelam usufructuariam*, ab initio quidem potissimum in feudis, facile tamen ad reliqua bona tracta, quorum curam *tutor legitimus* interim habebat, rationibus reddendis haud obnoxius, cuius rudera adhuc in iure Saxonico et Alemanico supersunt. 30)

§. VII.

fuit, quod feudum ad dominum interim *deuolutum* fuerit, qui vel reditus inde percipere vel eos alis interim concedere potest *custodiæ feudalæ iure*. Hoc specialius *cautum est in iure feudali Alemann.* c. LV. s. 1. Stirbt ein Mann, und lot Kint hinder ime, die under iren joren sind, der Herr libet einem andern die Anefälle, ob es nit Wormunde hatt, der des Herren Mann sye . . So das Kint zu seinen joren kumt, so sunt die Anefälle ledig. So auch der stirbet, der das Anefall gelassen hatt, so hatt ienes an dem Anefalle nur me, und ist ledig, quod talis custodiæ concessio sit *precaria*, et sic concedentis morte interire debeat.

30) Quia sunt pupilli in *custodia* tutorum, olim etiam *hysumfructum bonorum tutelarium*, æque ut hodie in *Anglia* et *Scotia*, teste CRAGIO cit. I. 1. habuerunt, quod *Saxones* restrinxerunt ad *tutelam legitimam* lib. I. art. 23. et lib. II. art. 58. ut extraneus tutor rationes de *reditibus* reddere teneretur. Verum cum in hoc argumentum fuisse inquisuerit, eiusque vestigia ex diversis gentium iuribus solide eruerit, adduxeritque perill. Dn. de L V D E

WIG

*Inde tutela
usufructuaria
promanauit.*

*Mutata pede-
tentum feudo-
rum iura.*

*Et ius custodiae
in Germania
desist.*

§. VII.

Enimuero sicuti quævis iura mutationi va-
riæ obnoxia sunt, ita in primis antiqua feudo-
rum facies et inde dependentia iura cum ipsa
custodia feudali insignem passa sunt meta-
morphosin, quæ vasallis longe potentius
et plenius ius in feudis concessit, ut a pri-
ma sua ratione plane descuiisse videantur ex-
ceptis paucis ruderibus, quæ statum antiquo-
rum feudorum adhuc indicant ac referunt,
veluti quod mutato domino et vasallo inuesti-
tura renouanda, iuramentum fidelitatis in hac
renouatione iterandum, atque hæc *intra an-*
num peti debeat. Ceterum ipsum *ius custodiae*
tum relicto successore impubere, tum legitima
ætate prædicto in Germania cessat 31) cuius ra-
tiones plures sine dubio fuerunt. Prima pe-
tenda

wig de fruct. attribut. tutelæ usufruet. diff. I. sufficiet,
si ad hoc egregium opusculum prouocauerim lectorem-
que ad illud sublegauerim.

31) Idem etiam obseruat SCHILTER in *comm. ad ius feud.*
Aleman. c. LV. §. 3. aitque; *Hodie in Germania a curiis*
hoc ius custodiae in feudis pupillaribus recepit, sed ratio-
nones mutationis plane præterit, quam tamen peperit et
liberior feudorum ratio et peregrini iuris receptio, per
quam ius domesticum admodum suppressum est.

32) Oc-

tenda est ex frequentiori occasione feuda acquirendi *titulo oneroſo*, quo ius antiquum feu di *precarium* admodum diminutum imo extin-
ctum est. 32) Accessit altera, quod rariora in
Ger-

- 32) Occasio frequentissima, feuda per titulum *emtionis* similem onerosum acquirendi, potissimum trahenda est ab *expeditionibus sacris*, per seculum XII. XIII. et ultra continuatis, quae etiam Germanis, hac strage funestissima infectis, graviter nocuerunt, et variam iurum innovationem induxerunt, ut speciatim pluribus exemplis docuit Dn. PRAESES de varia innovat. iurum per expedit. cruce signat. c. 2. et 3. Quia enim hæ expeditiones ingentes sumtus desiderabant, quævis ratio, nummos undeque corradendi, *pia, iusta et legitima* visa fuit, vt nec domini consensum facile denegarent, quod ipsimet, vt plurimum iis simul interessent, nec negare illum possent metu excommunicationis, cui subiecti erant, qui quavis ratione eas impedire conabantur, quæ res effectit, vt iam iure Longobardico, quod seculo XII. collectum est, emitorum feudorum aliquoties mentio iniciatur, vt I. f. 20.
II. f. 12. Testis est ALEXANDER III. apud MARTENIVM et DVRANDVM in collect. script. et monum. tom II. p. 749. hoc priuilegio cruce signatos muniens: *licet autem eis terras seu ceteras possessiones suas, postquam commoniti propinquæ sive domini, AD QVORVM FEODVM pertinet, pecuniam ipsius mutuare, aut si voluerint aut non potuerint ecclesiæ vel personis ecclesiasticis aut aliis fidelibus libere et sine villa reclamatione impignorare.* Hoc posito dominus et agnati consensum denegare non poterant. Iam antea anno MCXLV. idem indulserat EVGENIUS III. in epist. ad Ludouicum regem, ab ANGELO MANRIQVIO

D

tom.

Germania olim fuerint feuda, quorum vberatatem tamen posterior ætas vidit, non alia de
cau-

tom. II. annal. Cisterc. p. 8. adducta, et testimonio confirmat TRITHEMIVS iu cbron. Hirſang. tom. I. ad ann. MCC p. 495. exemplum adferens BERTHOLDI, comitis de Nurenburg in Brisgoia comitatum suum argentinensem vendentis, cuius, addit, prouocati exemplo multi mobiles et potentes venditis prædictis prædiis et possessionibus suis cum uxoribus et liberis perpetuo seruitio sancti seruitii se deuouerunt. Adeo vero libera eo tempore feudorum alienatio fuit, vt, in defectu nobilium, qui legitimi tantum possessores erant, ad emtionem illorum etiam admitterentur plebeii, ceu obseruat ANTONIVS DAD. ALTESERRA de orig. et stat. feud. pro mor. Gallia c. X. aitque: hanc labem maxime arcessuerunt variae Francorum in Syriam expeditiones, quarum causa duces, comites et alii milites feuda et ditiones distractabere coacti, ea in plebeios et clericos seu ecclesiás alienarunt, vt facilius emtorem inuenirent, idque suadentibus edictis Romanorum pontificum eius aui, qui nihil non tentarunt, belli sacri promouendi studio et conniuentia etiam nostrorum principum. Hac occasione, et quod ea, quæ titulo oneroſo acquiruntur, pleniori iure et potestate acquireti soleant, sine dubio factum, vt custodia feudalis desierit in successore maiorenii, et ipfemet statim possessionem feudi non tantum apprehendere, sed etiam reditus feudarium, etiam ante inuestituram, percipere suoſque facere potuerit, qui olim iure custodiae ad dominum pertinebant, vt supra illustratum est, simulque dictum, iam in iure Longobardico nullum eius vestigium amplius deprehendi.

33) Quæ

causa, quam quod variis ex causis 33) domini, vt allodia sua aliis in feudum offerrent, industi fuerint, quo ipso magis beneficium domino dederunt quam acceperunt. Inde vero non tantum feuda plura *irregularia* natales traxerunt, sed etiam vasalli longe *perfectius ius* in bonis suis retinuerunt, quam alias ius feudale iis indulxit. Quia itaque olim *ipso iure* allodia in heredes legitimos deuoluebantur, hoc etiam retinendum in his bonis in feudum oblatis fuit, vt statim in successorem, cum pleno iure percipiendi redditus, transirent, eosque vasallus successor lucraretur, etiam antequam de illis inuestitus fuisset. Hoc facile ad impuberes vasallos trahi potuit, vt *custodia feudalis* domino tutoribusque etiam intercepta sit, quamuis etiam præterea alia fortior ratio accesserit. Iuris peregrini introductio videlicet rei

33) Quæ apud Germanos variis occasionibus sese exseruerunt, ab aliis iam expositi, maxime ab *HERTIO de feudoblat.* inter quas meo iudicio *primaria* petendæ sunt tum ex *superstitione* Germanorum nimia: tum ex *rationibus polititis*, vt hac methodo domini territorii nobiles landassios admodum liberos et sibi graues constringerent, quos variis artibus ad bona sibi in feudum offerenda induxerunt.

rei Germanicæ forensi insignem intulit cladem, et quia nec in *iure Romano* tutela vſufructuaria cognita, imo eidem aduersabatur: nec *ius Longobardicum* ius *custodiæ feudalis* amplius domino tribuebat, facile iactura huius iuris, cuius vestigia adhuc tamen in *iure Saxonico* et *Alemanico* deprehendere licet, 34) sequi potuit, quamuis non negandum sit, olim etiam in Lombardia illud obtinuisse. 35)

§ VIII.

34) Nam tempore compilationis iuris alemannici feudalis et *Saxonici* h. e. seculo XIII. adhuc obtinuisse hanc *erfodiām feudalem* supra not. 29. euictum est, præsertim cum erat ius *feudale alemannicum* seculo XIII. compilatum fuisse, perspicue ex codice præstantissimo Harrachiano probatum dederit H. LIPPVS IACOBVS LAMBACHER in *differt. epistol. de ætate iuris illius antiqui Germanici*, quod vulgo vocatur *speculum Sueicum*.

35) Notum est, infinita alia ex iuris *Romani* et *Longobardici* vſu indiscreto immutata et insignem iuri Germanico cladem illatam fuisse. Nec negant iurium feudalium periti, multa per incuriam hinc inde recepta fuisse in Germaniam ex iure *Longobardico* contra iuris antiqui feudalis rationem, ut constat ex doctrina de *iure filiorum repudiandi hereditatem paternam retento feudo antiquo*, quod *ius Longobardicum*, contra *ius Germanicum feudale*, non admittit, cuius sententia in Saxonia aliisque provinciis Germaniae recepta, quamvis alibi adhuc *ius Germanicum præualeat* etiam in camera imperii, teste de LVDOLPH de *iure primogen. P. special. apb. VI. n. 6.* Non adeo

§. VIII.

Sicuti vero hæc innouatio iurium feudalium facilius locum inuenire potuit in *tutelis priuatorum*, ita in tutoribus illustribus *ius custodiae*, quod tutelas usufructuarias produxit, eo magis asserendum est adhuc, 36) quod hi etiam in aliis iurium feudalium et allodialium argumentis constantius prisca iura domestica conservauerint, nec passi fuerint, ut principia iuris Romani et Longobardici peregrina ad causas suas applicarentur, quod absque eorum summo præjudicio fieri non potuit. 37) Dicuntur quidem inter se vti *iure priuatorum*, sed cogitandum erat, (I) hoc intelligi debere magis *de iure domestico quam peregrino in causis, quæ utriusque*

*adeo ergo mirandum, custodiam feudalem in feudis im-
puberum etiam ex iuris Longobardici indiscreto usu eli-
minatum fuisse.*

36) In hoc omnis est perill. de *LVDEWIG* in opusculo *VI.*
tom. *II.* de attribut. fruct. tut. usufruct. diff. I. litt. dd.
p. 1210. seq. vt iuris antiqui usum in his tutelis a proximis
agnatis suscepimus defendant.

37) Hoc præclare docuerunt E. GRIEBNERVS de *præjudicio princip. imper.* ex abusu iuris iustinian. et Dn. BASTINELLER de *præjudicio princip. imper.* ex abusu iur. *Longobard.*

que *iuri communes* sunt, 38) diuersis tamen principiis inter se discrepant. 39) (II) Tutelam statuum imperii esse magis iuris *publici* quam *pri-
vati*, quod non rei priuatæ curam in se contineat, sed magis totius prouinciae administrationem publicam cum exercitio iurium territorialium tam *sacrorum* quam *secularium* et regiminis publici 40). Breuiter tutor illustris

legi-

38) Sunt enim instituta iuri Romano propria, a Germanis olim ignorata, quæ tamen ab illustribus in usum assumta sunt et ita quoque secundum huius iuris principia regenda, quorsum refero *legatorum* et *fideicommissorum* causas. Sunt ea, quæ ad *processum* spectant, virique iuri quidem communia, sed per *leges publicas imperii* eadem fere norma causis priuatorum et illustrium praescripta, quæ licet magis assumta sit ex iure Romano et canonico, facilius tamen hoc fieri potuit et citra statuum præiudicium, quod tantum *formam* in iudiciis agendi concernat, per *leges publicas imperii* plenius determinatam.

39) Si virumque ius inter se conueuit, quod contingit, si ratio mere naturalis in utroque seruata est, tunc quidem iuris Romani in causis principum usus est, sed magis *il-
lustrationis causa*, h. e. non quia in iure Romano hoc cautum, sed quia in ratione naturali fundatum est quam Romani æque ut Germani secuti sunt, præsertim in contrahitibus.

40) Sicut ipsum ius publicum concernit statum seu regimen publicum primario, ita necessario afferendum est, tutelam illustrium, quæ *uniuersum regimen prouincie* concernit, esse iuris publici, regulis iuris Romani non subiicien-

legitimus vicem *domini territorii* gerit et educationem pupilli illustris lautiorem et dignitati conuenientem suscipit, quod sine ingenti-
bus sumtibus fieri nequit. Hoc ideo tantum adduco, ut liqueat inde, iura Romana his tutelis applicari non posse 41) magis autem illis conuenire ius antiquum Germanicum, agnatis *custodiam feudalem* adhuc assignans. 42)

§. IX.

Ad *clericos* iura beneficiorum, quæ vasal-
los regebant, iam sub regibus Francorum ex
foris secularibus tracta sunt, 43) postquam et-
iam

*Ad clericos
quasi milites
iura beneficio-
rum tracta.*

iiciendum, nisi velimus ipsum ius publicum *ex iure Ro-*
mano petere.

41) Quod si hic audiendus esset IO. PHILIPPVS RINGLE-
RVS de tut. *illustr. c. VII.* tutor illustris legitimus a priua-
to profrus non distaret, sed æque rationibus reddendis obnoxius foret, æque ut quilibet alius tutor, quia quæ-
vis iuris Romani scita ad tutelas publicas incaute traxit. Præiudicium intolerabile est, *tutelam* in se esse *iuris pri-*
vati, quibuscumque causis et negotiis demum applicetur,
cum tamen alia sit ratio negotiorum *publicorum* et *pri-*
vatorum.

42) Vnde nata est tutela *usufructuaria* olim etiam in allo-
diis locum habens, adeoque eriam applicari merito de-
bet at prouincias terrasque allodiales.

43) Ex concilio *Arelat. V. c. 6.* anno D.LV. habitu apud
HARDVIN. tom. III. p. 328. episcopos minoribus clericis
bona

bona quædam in usum dedisse, constat, in quo ita cau-
tum: ut clericis non liceat facultates, quas ab episcopo
in usu accipiunt, deteriorare. *Quod si fecerint, si iunior*
fuerit disciplina corrigatur: si vero senior, ut necator
pauperum habeatur. Nec minus in concilio Lugdun. II.
anno DLXVII, habito c. 5. apud EVNDEM cit. I. p. 355.
statutum: ut quascunque munificentias clericis aut ser-
vientibus sive de rebus ecclesiæ in usum, aut de propriis in
proprietatem præcedentes dederunt sacerdotes, subsequen-
tes pontifices nullatenus auferre præsumant. Quia enim
episcopi dispensationem economicam circa bona ecclesiæ-
stica gerebant, ex quibus alebantur etiam clerici, mo-
dum dispensandi pro suo arbitrio instituebant, vel anti-
quæ diuisioni insistendo: vel quibusdam bona in usum
concedendo ad vitam. Quid quod quandoque circa fi-
nem seculi VI. iam quibusdam ecclesiis certa bona dede-
rint, a successoribus non auferenda, ut cautum in concilio
Toletano III. ann. DLXXXIX. c. 2. apud EVNDEM cit. I.
p. 480. vbi præmititur regula de bonis non amplius alien-
andis, hactamen subiecta exceptione: *Si quid vero, quod*
utilitatem non grauet ecclesiæ, pro suffragio monachorum
vel ecclesiæ ad suam parochiam pertinentibus dederit, fir-
mum maneat. Quod ecclesiæ datum erat, hoc clericis
in illis servientibus datum, censebatur, ut ex iis nutri-
rentur. Pariter ex c. 37. concil. Tolet. IV. a. DCXXXIII.
habiti apud EVNDEM cit. I. p. 188. patet, potuisse clericis
episcopos in usum res ecclesiasticas largiri. Talia bona
clericis extraordinem in usum data permissa, ut in conci-
lio Agathensi, relato in c. 32. C. XII q. 2, credita vel com-
missa, vt in c. 35. ibid. et commendata in c. 7. dicti conci-
lii dicebantur. Verum hæc disciplina tantum ab initio
particularis erat, illis applicata clericis, qui in remotio-
ribus ab episcopo locis officio sacro fungebantur, ratione
quorum antiqua distributio non carebat difficultate. Hac
de causa adhuc seculo VII. clerici, quibus bona fruenda
con-

iam *militia* quædam illis attributa est a patri-
bus. 44) Antea quidem ex communibus bo-

*Olim ex bonis
communibus
viventes.*

concessa erant, professionem edere tenebantur, se *iure precario* eadem tenere, post mortem reuersura ad manus episcopi, ceu liquet ex concil. Tolctano VI. c. 5. anno DCXXXVIII. habito et in c. 72. C. XII. q. 2. relato.

44) Sicut vasalli, beneficio prædicti *κατ' ἐξοχήν* dicebantur *milites*, ita clerici non tantum *milites dicti*, sed his etiam more militari *titulus* et *character indelebilis* tributus; denique etiam his *beneficia* tandem quoque data sunt. Abbas Floriacensis ABBE in collect. canonum seculo X. scripta, et a MABILLONIO tom. II. analect. p. 248. relata hac de æquiparatione ita iudicat: *Hæc sententia, quæ ad milites loquitur, potest etiam ad clericos retorqueri, quia etiamsi non videantur militare seculo, tamen DEO militant, sicut ait apostolus: nemo militans DEO implicat se negotiis secularibus, videmus, inquam, non militare remissis et fluentibus tunicis. Sed habemus militiæ nostræ cingulum, quo castimonia interiora constringamus. De quo cingulo Dominus ait: sint lumbi vestri præcincti et lucernæ ardentes in manibus vestris. Nam et catholicus clericus bac sententia retinetur. Si enim non contentus stipendiis (beneficio) fuerit, quæ de altari Domino iubente consequitur, sed exercet mercimonium, intercessiones ad Deum vendit, viduarum munera libenter amplectitur, hic negotiator magis potest videri quam clericus.* Quia ergo *iuria militaria* passim militibus adscripta, non adeo mirandum, quod etiam illis *beneficia stabilita assignata* fuerint sub *nexus fidelitatis* collatori præstandee. Nam episcopi *juramentum fidelitatis* pontificis, illis vero clerici minores præstant. Idem obseruat ESPEN P. II. iure eccl. tit. 18. c. 1. §. 10. er, quemadmodum *principes bona sua iure beneficiario*

nis alebantur, distributis ab episcopo obuenitionibus ecclesiasticis ut plurimum in quatuor partes, quarum quarta clero minori obueniebat.⁴⁵⁾ Neque etiam per sex priora secula ecclesiae bona constantia et inalienabilia habebant: haec potius subiecta erant liberæ episcoporum dispositioni, qui pro re nata illa alienabant, pretiumque inde redactum in diuisionem communem conferebant.⁴⁶⁾ Postquam vero legge tum *civili* tum *ecclesiastica* bona stabilia quæ

Bona ecclesiastica inalienabilia facta Iustiniani tempore.

ficiario dabant iis, qui seruitium militare aliue obsequia praestarent: similiter episcopi bona ecclesiae possidenda vel vtenda seu potius ius percipiendi eorum fructus dabant clericis, ut ecclesiae militarent seu officium exhiberent, quisque secundum vocationem suam.

45) De hoc more antiquo distribuendi redditus et prouentus ecclesiasticos in quatuor partes pluribus agit THOMAS MASSINVS P. III. de discipl. eccl. lib. II. c. 13. seqq. quæ seculo V. demum inualuisse, et in conciliis recepta fuisse videtur, quæque per secula aliquot adhuc continuata, et iam si hinc inde quibusdam clericis quædam bona, iure beneficii, concessa fuerint. Fit huius distributionis antiquæ mentio in c. 50. seq. c. XII. q. 2.

46) Usque ad IUSTINIANI tempora hunc morem libere alienandi bona ecclesiastica in occidente præsertim observatum fuisse constat ex Nov. 7. ad quam legem postea universæ ecclesiae composite sunt. Ex antiquitatibus hoc argumentum speciatim illustrat Dnus PRAESES tom. II. iur. eccl. protest. tit. de reb. eccl. alien. f. 4. seqq.

47) Sic-

quæ alienari non possent, ecclesiæ possidere cœperunt, non adeo mirandum, pedetentim in *beneficiū more feudorum secularium* hæc clericis assignata fuisse, ab initio quidem quibusdam tantum ex *mera gratia*, ut his descenditibus redirent ad liberum episcoporum arbitrium; progressu temporis vero *vniuersali* ter et in legem abiisse constantem, cuius ecclæsiastico officio certa *perpetuo iure* destinare bona, de quibus inuestiret clericos episcopus, qui iis officium sacrum dedit. 47) Post hæc tempora bona hæc *legibus beneficialibus* subiecta fuerunt, nec clerici amplius de *communi-*
bis

Inde beneficio-
rum conditio
iis fere genera-
tim applicara.

47) *Sicuti ad dominum spectat inuestire vasallum, ita quoque ad beneficiorum collatorem spectat, beneficiatum in possessionem mittere*, ut utr verbis ESPENII P. II. iur. eccl. tit. 26. c. 2. s. 2. in f. et sic quoque monachi, qui ecclæsias conferebant, dicebantur *ecclæstarum suarum inuestitores* in c. 1. C. XVI. q. 2. imo ipsum *ius conferendi ecclæsias inuestitura vel institutio* vocatur. Etiam patroni conferunt ecclæsias suas pastoribus eosque de bonis ecclæsiasticis inuestiunt, adeoque illis, æque ut domino feudi, debetur reverentia fidesque suo modo, quamvis in pleniori gradu ea collatori ecclæsiastico debeatur ex mente iuris canonici. Ceterum postquam hoc modo in constantem abiit morem, certa beneficia clericis dandi, et iam episcopis peculiaria bona dicata sunt, quæ æque ut alii clerici *iure beneficii* perciperent.

E 2

48) Post

bus vixerunt, exceptis *canonicis* et *monachis*. Sed seculo XI. illorum maxima pars vitam de-seruit communem et distributis inter se bonis communibus, ad *mensam capitularem* olim pertinentibus, canonici *vera* possidere cœpe-runt *beneficia*, quibusdam tamen in antiquo statu et vita communi manentibus, quos *ca-nonicos* regulares 48) dixere.

§. X.

Olim ecclesia cathedralis va-cans regebatur per visitatores. Vacante ergo ecclesia vel officio sacro olim distinguebatur, vtrum vacaret per mortem *episcopi*, an vero *clericis minoris*, qui regebat ecclesiastis minores, vel episcopo in ecclesia ca-thedrali assistebat. Mortuo episcopo, dice-batur primario *vacare ecclesia* capite suo de-stituta, 49) quæ interim regebatur per visita-torem

48) Postquam votis adstricti fuerunt, impedientibus, ne a vita communi recedere possent. Beneficia ergo hi pro-prie non possident, *præbendas* tamen accipere dicuntur, quod hæc appellatio latior sit, et in genere olim etiam clericis, ex communibus bonis portionem accipientibus, tributa, quod *præbere* idem sit ac *præstare* et *exhibere* L. 19. D. de *testib.* Inde canonici olim dicebantur *præben-darit*, c. f. D. 70. quod vietus et amictus illis præberetur. c. 9. X. de *vit. et honest. cler.* c. 16. X. de *V. S.*

49) Ad episcopum omnis cura, labor, functio et disposi-tio in ecclesia pertinebat. Districtu olim exiguo eius po-testas

REDITVS VACANTIS BENEFICII.

37

testas concludebatur: laxiores serius innotuerunt, et an-sam ad beneficia remotioribus presbyteris danda dede-runt, maxime iu Gallia et Germania. Interim omnis supra-ma sollicitudo penes episcopum. *Est enim, ut ait THOMASSINV P. II. discipl. eccl. ant. et nov. lib. III. c. 5. s. 4. episcopatus ipse plenitudo sacerdotii et omnium fons et scaturigo sacrarum dignitatum, cuius archidiaconi, ar-chipresbyteri, abbates, parochi riuiulos tantum aliquos consequntur. Poteſt episcopus immediate vnuſ ipſe miniſteria ea obire; omnia ſuo iure primogenio, quæ ceteri precario et eius largitate ac beneficio obeunt, et ſicuti hæc ipſe per ſe ea munia defungatur, duo beneficia aut duoeius beneficia gerere dici neutiquam poterit, cum episcopale tantum munus fungatur. Fuit olim episcopus ipfemēt ca-the-dralis ecclesiæ parochus vnuſ: vnuſ civitatis, vbi una tantum olim erat ecclesia; nec alienum tunc tamē usur-pabat ministerium ſed explicabat ſuum, quo ministeria et beneficia (vel potius officia) alia continebantur. Hoc ergo mortuo vel deposito, demum vacare dicebatur eccl-eſia, et cura episcopalil cum omni administratione interim fiduciario committenda facerdoti: clericis minoribus in ecclesia cathedrali, in vrbe, vel extra eam in di-cesi in adiutorium ab episcopo lectis, non deerant alii, per quos munus defuncti administrabat vel mox succes-ſorem constituebat, ex bonis communibus alendum, vt beneficium, quod deerat, vacare non posset, nec cuſto-dia eius interim alii committi. Denique ſi vel maxime eccliam minorem, deſtitutam presbytero alii interim committeret, etiam hic exemplo ceterorum portionem ſuam ex communibus bonis accipiebat exemplo cetero-rum, nihilque hoc modo accreſcebat reditibus episco-palibus.*

E 3

50) Per

torem,⁵⁰) fiduciario iure regentem ecclesiam, a metropolitano delegatum, in Italia quidem ab episcopo Romano, qui iura metropolitana ibidem exercebat⁵¹) extra Italiam vero a pro-
priis

⁵⁰⁾ Per tria priora secula, episcopo mortuo, interim regeba-
tur communi presbyterorum consensu ecclesia. Seculo IV.
haereticorum factiones admodum graues erant ecclesiis,
id vnicce agentes, vt ex suo grege episcopus obtrudere-
tur vacanti sedi. Quod vt praecauerent metropolitani,
visitatori interim commendabant vacantem cathedralam.
Erant visitatores, vt concil. Laodic. c. 57. indicat, in agris
ab episcopo positi, quorum munus erat circumire per omnes
vniuersae regionis ecclesias et de illorum statu inquirere,
vt ex MEVRSIO eos definit MENAGIVS in amanit. iur.
civil. c. 35. Quamuis enim munus visitandi ordinarium
episcopo incumbet, illud tamen haud sufficere visum
fuit, propter haereticorum ingruentes in gregem hinc
inde viuentem impetus, adeoque constiuebantur visi-
tatores, frequentius ecclesias minores inuisentis, qui
~~metropolitana~~, circuitores dicebantur, qui in locum chore-
piscoporum erant constituti, vt illi eo magis aboleren-
tur. Hisce visitatoribus vt plurimum committebantur
sedes vacantes, quod iam aliquid potestatis episcopalis
gererent, vel vacantibus episcopis commendabantur,
qui interim eam gubernabant.

⁵¹⁾ In illas scilicet sedes, quae nulli alii metropolitanus in
Italia, sed soli Romano parebant, quas recesserat CARO-
LVS A S. PAVLO in geographia sacra tom. I. p. 36. Haec
disciplina usque ad GREGORII M. tempora durauit, qui,
proinde frequentius a se constitutos et delegatos fuisse vi-
sitatores ad vacantes ecclesias in suis epistolis indicat. Pa-
riter

Priis metropolitanis. 52) Huic visitatori *commendari interim ecclesia*, vel ille eius *custo-*
mitorod minimo in illo aequo illo bono diam

*Qui earum cu-
stodiā habere
dicebantur.*

riter metropolitano decedente, in defectu *primatum*, se-
 riū in occidente institutorum, curam vacantis ecclesiae
 ad se pertinere credidit. Curam suam GREGORIVS M.
 lib. II. indit. XI. ep. 20. generatim his prodit verbis: *ma-*
iori valde cura constringimur, ne defunctis earum (eccl-
esiārum, hostili impietate in diversis ciuitatibus profligata-
rum) sacerdotibus, reliquiae plebis, nullo pastoris modera-
mīne gubernante per deūia fidei hostis callidi, quod absit,
rapiantur infidiis. Huius ergo sollicitudine saepe commo-
 ti, hoc nostro sedet cordi consilium, ut vicinis eas manda-
 remus pontificibus gubernandas. Hoc consilium, viciniori
 commendandi sedem vacantem, saepe deduxit in usum,
 quod in Hispania iam antea per concilium Valentiniū anno DXXIV c. 2. quoque ita determinatum erat, vt mox
 vicinior adiret interim ecclesiam vacantem, donec ad
 metropolitani notitiam causa delata, et ab eo tali perso-
 nae commendata fuerit ecclesia, que consueta clericis sti-
 pendia dispensaret; metropolitano de reliquis redditura
 rationes, si ob iustum impedimentum dilata fuerit electio.

52) Id modo ex concilio Valentino probatum est. In Gallia
 pariter haec cura propria erat metropolitano, teste HINC-
 MARO tom. I. oper. ita scribente: *in provincia si fuerit de-*
functus episcopus, ego et non tu visitatorem viduare de-
signabo ecclesie; quamuis regio consensu id fieri debuer-
 rit, vt s. seq. tradam. In capitulis CAROLI CALVI im-
 peratoris apud Carisiacum de anno DCCCLXXVII. a
 STEPHANO BALVZIO tom. II. capitul. 259. relatis c. 8.
 episcopi consilium dant, quomodo, tempore absentiae
 eius in Italia vacantibus ecclesiis prospiciendum sit. Si
 antequam, aiunt ad imperatorem, iuuante Domino re-
 verta-

diam habere dicebatur, 53) donec episcopus electus esset, quæ custodia eo magis necessaria erat, quod episcopus olim omnium bonorum ecclesiasticorum curam haberet, eorumque dispensator esset legitimus ante beneficiorum introductionem. Sic itaque pariter præter curam animæ visitatori interim dispensatio bonorum

vertamini, aliquis archiepiscopus defunctus fuerit, vicinus episcopus ipsius diaecesis cum COMITE ipsam sedem prouideat, usque dum obitus ipsius archiepiscopi ad vestram notitiam perueniat. Si aliquis episcopus interim obierit, archiepiscopus ipsi sedi visitatorem secundum sacros canones deputet, qui vna cum COMITE ipsam ecclesiam, ne prædetur, CVSTODIAT, usque dum ipsius episcopi obitus ad vestram notitiam perueniat. Si abbas vel abbatissa obierit, episcopus in cuius parochia monasterium est, vna cum comite illud monasterium CVSTODIAT, usque dum vestra iussio inde fiat.

53) Hoc demonstratum est ex capitulari in nota precedente adducto, unde quatuor potissimum obseruo: (1) Archiepiscopos visitatorem sedi vacanti dedisse secundum canones antiquos: (2) visitatorem vna cum comite, regio nomine, interim ei prospexisse; (3) hanc fiduciariam curam in custodia ecclesiae constituisse, ne aliis in praedem cederet: (4) mortuo abbate vel abbatissa, episcoporum custodiae commissa fuisse monasteria. Vocatur etiam haec custodia commendatio, qua voce vtitur IO. DIACONVS in vita Gregorii M. lib. III. c. 22. aitque: *defunctorum episcoporum ecclesias pro faciendo inuentario et eligendo optime optionis episcopo, vicinis episcopis COMMENDABAT.*

54) Hac

rum incumbebat, ita instituenda, ut et ipse met pro *cura* et *custodia* certam partem caperet, aliquando a metropolitano determinatam. 54) Officiis minoribus in ecclesia cathedrali vel aliis minoribus vacantibus, cura eius interim redibat ad episcopum, qui itidem vel eandem interim prouisionaliter alii commendabat, ex communibus redditibus sustentando: vel mox alium in locum decedentis substituebat, quod facilius hoc casu fieri poterat, quam decedente episcopo. Postquam vero progressu temporis singulis officiis sacris, et sic etiam

epi-

Beneficiis introductis, ius custodie ducum introducendum est.

54) Hac disciplina iam usus est GREGORIVS M. lib. VII. ep. 7. quod aequitati conueniens esset, ut quilibet interim sustineret ecclesiam custodiret, etiam fructus suorum laborum caperet. Etenim ecclesia Tarracinensis vacantis custodiad Panormitano episcopo lib. VII. epist. 75. hoc modo committit: et ideo sollicitudinem vos conuenit adhibere, ut quidquid de possessionibus ecclesiae ipsius in qualibet re accedere potuerit, vobis vel in reparatione eiusdem ecclesie sive cleri ipsius subventionem proficiat: quatenus et nos remedium pro vestro labore capere, et illi aliquod valeant sustentationis babere solatum. Evidentius lib. II. epist. 35. subdiacono nuncio suo in Campania mandat, quid Paulus visitatori pro labore visitationis praestandum esset. Prædicto autem Paulo fratri et coepiscopo nostro, scribit, centum solidos, et unum puerulum orphanum, quem ipse elegerit, pro labore suo de eadem ecclesia facias dari.

F

55) Ab

episcopalibus functionibus, peculiaria bona
iure perpetuo assignata, et hæc *iure beneficii*
 seu *feudi* collata fuerunt, antiqua illa *economia ecclesiastica* dispensandi redditus in clericos
 pro *quarta parte*, secundum arbitrium episcopi,
 desiit, et singulis officiis certi redditus, unde
 viuerent episcopi et clerici alii, attributi,
 ut sic, vacante officio sacro, etiam vacaret be-
 neficium, 55) de cuius custodia iam agen-
 dum est.

§. XI.

*Electiones epi-
 scoporum ab
 affensu regum
 dependerunt.*

Obseruandum vero est, episcoporum sic-
 vt in oriente cum consensu imperatoris, ita in
 occidente sub regibus Francorum electiones a
 populo et clero quidem factas fuisse, eas ta-
 men omne pondus ab *affensu regum* accepis-
 se 56) et sic non adeo a veritate alienum esse,
 reges

55) Ab hoc tempore etiam ecclesiæ minores vacare seu re-
 ditus vacantis beneficii sub *custodiâ* cadere dicebantur,
 quod morte defuncti clerici eorum perceptio fisteretur,
 et hæc interim alii assignanda vel superiori aut collatori
 reseruanda esset.

56) Historiam antiquarum electionum, maxime a temporib-
 us CAROLI M, plenus recensuit tradiditque THOMAS
 SINVS P. II. lib. 2. de *discipl. eccl. c. 20. seqq.* Ius vero
 electionum antiquum a seculi VI. temporibus in regno
 Francorum quoad maximam partem a nutu regum de-
 pendisse

pendisse docet *synodus Aurelianensis V.* (vel ut alii lo-
 quuntur IV.) de anno *DXLIX.* c. 10. vt nulli episcopatum
præmiis aut comparatione liceat adipisci, sed cum vo-
lvntate regis, iuxta electionem cleri ac plebis sicut
in antiquis canonibus tenetur scriptum, a metropolitano,
vel quem in vice sua præmisserit, cum comitouincialibus
pontifex consecretur. Hoc modo lege ecclesiastica caue-
 runt Aurelianenses patres, vsumque regii iuris agnoue-
 runt. Vsum eius præterea formulæ MARCVLFI egregie
 euincunt, quarum prima lib. I. c. 5. habet *præceptum de*
episcopatu, in quo haec notatu digna verba occurunt:
de cuius successore sollicitudine congrua una cum pontifici-
bus vel proceribus nostri plenius tractantes decreuimus, in-
lustri viro aut venerabili illo in ipsa vrbe pontificalem in
DEI nomine committere dignitatem. Procerum hic fit
 mentio, qui vicem *plebis* supplebant. *Regii de episco-*
patu præcepti facit quoque mentionem GREGORIVS TV-
 RON. lib. VI. c. 7. Altera formula est lib. I. c. 6. quæ est
indiculus regis ad episcopum, pro ordinatione episcopi ele-
*cti, qui denotat *epistolam sine subscriptione regis*, in qua*
 eadem formula repetitur iisdem pene verbis. Denique
 tertia est lib. I. c. 7. quæ continet nominationem *populi*
 seu *consensum* in eum, quem prævia electione designau-
 erat, eumque ad regem dirigebat, cum insertis inscrip-
 tionibus et signaculis, cuius haec verba notanda: *sup-*
pliicit postulamus, ut instituere dignemini virum illum
aut venerabilem illum cathedræ illius successorem etc. Præ-
 mittebatur itaque *designatio* subiecti, prævia electione
 cleri et populi seu vice eius *procerum.* Sequebatur *po-*
stulatio ad regem. Denique ipsa *regia collatio* vel *inve-*
stituta seu *concessio episcopatus*, si in *designatum* consen-
 tiebat, sequebatur, cum epistola ad *consecratorem* di-
 recta pro *consecrando* episcopo. Neque aliter intelligi
 deber *capitulare Aquis granense* CAROLI M. de anno
 DCCCIII. c. 2. apud BALVZ. tom. I. *capitular. p. 379.*

sacrorum canonum non ignari, ut in DEI nomine sancta ecclesia suo liberius potiretur honore ad sensum ordinis ecclesiastico praebeimus, ut scilicet episcopi per electionem cleri et populi secundum statuta canonum de propria diocesi, remota personarum et munera acceptance, ob vitae meritum et sapientiae donum elegantur. Neque enim hac ipsa electione inuestitura regia excludebatur, quæ potius omne punctum in constitutis episcopis faciebat, cuius evidenter euincit SIGEBERTVS GEMBLACENSIS in chron. ad ann. D CCLXXIII. quod testimonium recitat GRATIANVS in c. 22. dist. LXIII. vnde constat in synodo Lateranensi hoc modo cautum fuisse: *insuper archiepiscopos et episcopos per singulas provincias ab eo inuestitaram accipere diffiniuit, et ut nisi a rege laudetur et inuestiatur episcopus, a nemine consecretur.* Nihil noui CAROLO M. concessum, sed ius vetus duntaxat corroboratum præcedentia demonstrant, quæ itidem post electionem et presentationem regi factam eidem attribuunt inuestitaram et usus sequentium temporum demonstrat, ut docet HINC MARV strom. II. p. 189. et 193. BARONIVS quidem ad ann. D CCLXXIV. s. 13. seqq. commentitiam hanc synodus conficiatque a SIGEBERTO censuit, quod nec GINHARDVS nec ali coœvi eius concilii mentionem fecerint. Verum argumenta, quibus hanc imaginariam imposturam destruere conatur BARONIVS, destruxit PETRVS DE MARCA de conc. sacerd. et imp. lib. VIII. c. 12. et 19. s. 6. Neque enim asseri potest, hoc concilii Lateranensis decretum confictum esse a SIGEBERTO, cuius iam meminit LEO VIII. longe ante SIGEBERTVM anno DCCCCXLXIII. cuius verba ibidem refert GRATIANVS in c. 23. dist. LXIII. Nec mirandum est, hodie concilii Lateranensis capita non amplius extare, fine dubio arte vel astutia pontificum suppressa et duntaxat in archivio vaticani asserta, quorum LEO VIII. mentionem facere non potuisset, nisi eius tempore adhuc integra acta extitit.

reges *ius inuestiendi* episcopos et abbates exer-
cuisse. 57) quamuis vmbra quædam electionis,
qua nominabatur **episcopus**, supereisset, 58) ab-
bates

*Qui eos cum
abbatis in
vestiebant.*

existissent, quem ideo catalogo paparum expungere co-
natus est BARONIVS. Multa alia capita ex conciliis iam
deperditis nobis conseruauit GRATIANVS, quæ eius tem-
pore vel adhuc extiterunt, vel ab aliis coœuis relata fue-
runt, vnde sua depromisit. Prolixior adhuc in refellen-
do BARONIO est PFEFFINGER ad *vitriar. ius publ. lib. I.
tit. 15. s. 23. in not.*

57) Eleganter hanc inuestituram feudalem vocat CRANZIVS
lib. II. metropol. c. 2. edisserens de electo REMBERTO ar-
chiepiscopo Bremensi: *pallium pontificiale suscepit Rem-
bertus a papa Nicolao, ferulam pastoralem, b. e. INVE-
STITURAM FEUDALEM a Ludouico rege Germaniae.* Ad-
albertus, electus antistes Pragensis, Veronam, ubi OTTO
secundus tunc erat, profectus est pro accipienda inuesti-
tura. *Ibi eum pastorali virga inuestiuit Otto secundus, vt
ait Monachus in vita S. Adalberti apud HENSCHENIVM
in act. SS. ad d. 23. April.* Hoc enim tempore etiam
designatio subiecti ut plurimum ab imperatoribus depen-
debat, teste monacho Leodiensi REINERO in vita S. Wol-
badini Leodiensem episcopi c. 2. apud EVNDEM in actis
SS. ad d. 21. April. Directa est ad imperatorem (Henri-
cum S. intelligit) legatio ecclesie Leodiensis, alium sibi
pastorem substitui per litteras virosque industrios expeten-
tis. Erat tunc quippe regiae potestatis seu iuris episcopos
ad suum arbitrium electos, per baculum et annulum inue-
stire, nec non destinare ecclesiis cum sua commendatione.

58) Maxime sub stirpe Carolingica, nam ea extincta, libe-
rius etiam sine *electione*, imperatores de episcopatibus
disposuerunt.

*Post tempora
Carolingica li-
berius.*

bates vero liberius, etiam sine electione, a regibus constituerentur. 59) Post tempora Carolingica episcoporum et prælatorum sedes fere vnicē ab *inuestitura per annulum et baculum* imperatorum dependerunt, vsque ad HENRICI V. tempora exercita, cui tandem illa per pontificem extorta fuit. Quæ cum ita essent, *inuestitura* hæc, qua episcopi auctoritate regum constituebantur, ad mores feudorum fuit composita, præsertim cum etiam episcopis, ad imitationem aliorum minorum clericorum, sua essent *beneficia*, per hanc inuestituram collata, quorum dominium directum, vt loquuntur, seu ius præminens, quod feudistæ domino assignant, exercebant reges et imperatores, adeo, vt sicuti morte vasalli feudum vacaret et reuerteretur ad dominum, ita etiam hæc *beneficia* episcoporum et prælatorum vacantia interim sub *custodia* eorum essent, hoc tantum discrimine seruato, vt secularia libere reuerterent-

*Et ita custo-
dia vacantium
prælaturarum
penes reges et
imperatores
erat.*

59) Si abbatiæ essent *regales*, quibus opponebantur *episco-
pales*, quæ dicecisi episcopali subiectæ erant. Illæ regii iuris erant, et sic etiam ibidem prælatos constituebat im-
perator, vt pluribus declarat THOMASSINVS P. II. de-
bet. et nov. eccles. discipl. lib. II. c. 28. ff. 2. seqq.

12 (et)

§ I.

60) Iam

terentur ad dominum et penes eum esset, utrum filio defuncti vel alii conferre, an fisco suo reseruare mallet: beneficia ecclesiastica vero necessario alteri essent conferenda. Hæc custodia, quia beneficium vacabat, ordinabatur per metropolitanum sub *auctoritate regia*, constituto *visitatore*, qui interim sedi vacanti prospiceret, cui quidem redditus quidam assignabantur ex vacante beneficio, reliqui tamen, qui supererant, cedebant regibus vel imperatoribus iure potestatis *conferendi vel inuestiendi de beneficio*, more feudorum communi. 60)

Hæc

Cum perceptio-
ne reddituum.

60) Iam obseruui ad *ſ. X: not. 52.* absente CAROLO CALVO constitutos finisse a metropolitanu et comite visitatores ecclesiæ vacanti, qui *custodiā ecclesiæ vacanti* interim habebant, ex qua custodia ius percipiendi redditus vacantis beneficij enatum est. Quia enim hoc iure vtebantur domini feudi post mortem vasalli, etiam imperatores regisque Galliae, quibus inuestitura de vacante episcopatu competebat, *custodiā iure* redditus vacantis episcopatus sibi *iure feudi* tribuebant, vt recte ait THOMASSINVS cit. l. c. 23. *ſ. 12. et c. 24. ſ. 5.* Idem obseruat PETRVS de MARCA de concordia fac. et imp. lib. VIIIT. c. 22. *ſ. 5.* aiens: *vnde factum est, ut quemadmodum plurimarum burgi regni prouinciarum consuetudo domino feudi addicit usum fructum, quoties feudum vacat per mortem vasalli, id quod vulgo RELEVIVM vocant; sic reges eo feudorum iure quoad regalia sive patrimonia episcopatum vi sunt interim,*

interim, dum eorum custodiam ad se receperant, donec se
di vacanti praefectus esset episcopus et donec inuestituram
a rege accepisset, iuramentumque fidelitatis praestisset.
Idem fere argumentum ex feudorum ratione tractum ad-
ductum est in tract. generali de regali ex gallico in lati-
num sermonem verso lib. I. c. 7. §. 3. et in primis c. VIII.
Neque potuit dissimilare GREGORIVS X. in concil. gene-
rali Lugdun. c. 12. (qui refertur in c. 13. de elect. in 6.) ius
hoc custodiae vel guardiae ex antiquo more in pluribus epi-
scopatibus et praetauris fundatum esse: eos tantum da-
mnandos censet, qui regalia, custodiam, guardiam ad-
vocationis seu defensionis titulum in ecclesiis, monasteriis
seu quibuslibet aliis locis de novo usurpare conantes,
bona ecclesiistarum, monasteriorum, aut locorum ipsorum va-
cantium occupare presumunt. Agnouit usum huius iu-
ris antiquum, sed illum admittere noluit in iis ecclesiis et
monasteriis, in quibus hoc usque haud viguerat. Illum
non sustulit nec tollere potuit, praesertim quod hoc con-
cilium in praesentia legatorum PHILIPPI III. regis Gal-
liae celebratum fuerit, addit enim: qui autem ab ecclesiis
ipsarum ceterorumque locorum fundatione vel ex anti-
qua consuetudine iura sibi huiusmodi vindicant, ab illorum
abusu sic prudenter abstineant, et suos ministros in eis sol-
licitate faciant abstinere, quod ea, quae non pertinent ad fru-
ctus sue redditus prouenientes vacationis tempore non usur-
pent: nec bona cetera, quorum se afferunt habere CVSTO-
DIAM, dilabi patientur sed in bono statu conseruent. In
hoc canone praeципue arcem causae sue constituant Galli,
regi suo hoc ius afferentes, quod pleniū propugnat N.^{A.}
TALIS ALEXANDER tom. VII. histor. eccles. dissert. VIII.
art. 1. §. 3. Pontifex enim ipse hoc ius custodiae petit ex
fundatione ecclesiistarum et monasteriorum, quae in Germania
et Gallia imperatoribus et regibus merito in plurimis
tribuenda, vnde, ad instar feudorum, dominorum ius quod-
dam inuestiendi, ex hoc vero ius custodiendi vacantem
eccl-

Hæc regia potestas percipiendi redditus potiores
vacantis beneficii dicta est postea *ius regalia-*
rum, quod quidem postquam in varios abusus
tractum est, cum inuestitura per annulum et
baculum deponere coacti sunt imperatores, sed
reges Galliæ ad nostra usque tempora strenue
exercuerunt, sibique, non obstantibus graui-
simis curiæ Romanæ contradictionibus, asse-
ruerunt. Causæ contentionum de hoc iure ob-
ortarum in Anglia, Gallia et Germania fue-
runt varii abusus, qui exercitium huius iuris
infecerunt. Hi ad quinque capita reduci pos-
sunt: (1) quod per simoniam 61) pleræque præ-
laturæ

ecclesiam vel monasterium consequebantur, et ita *anti-*
qua consuetudo, cuius meminit GREGORIVS X. optimum
fundatumque titulum habuit. Ita enim censet NATALIS
ALEXANDER cit. l. f. 4. aitque: *Iuris regalia titulus est*
vacatio feudorum regalium, quæ cum iisdem legibus et
conditionibus ab ecclesiasticis personis ac a reliquis homi-
nibus possideantur, consequens est, ut iis per obitum epi-
scoporum, qui regi fidelitatem obstrinxerant, vacantibus,
rex ea ad se recipere possit ac retinere, donec nouus episco-
pus inuestituram acceperit, regique clientelare sacramen-
tum præstiterit. Interimque rex usumfructum reddituum
habet, adeoque et ius collationis beneficiorum, quæ in fru-
tibus censemur.

61) De labe Simoniaca tempore HENRICI IV. in Germania
G exer-



laturæ venderentur: (2) electiones vel inuesti-
turæ ad annum et vltra extenderentur: 62)

(3) ad
exercita nihil attinet dicere, atro carbone notata a LAM-
BERTO ad ann. MLXIII.

62) Ex antiquitatibus palam est, ius hoc variis alijs abus-
bus subiectum fuisse, et magnopere vltra morem anti-
quam, secundum quem tamen regi et exerceri debebat,
extensum. Etenim saepe differebant inuestituras et des-
ignationes successorum in prælaturam diurno tempore,
quo ex his redditibus diurius pascerentur imperatores et
reges, vel etiam post inuestituras adhuc retinebant sibi
bona ecclesiastica ad annum et vltra. Huic abusu ob-
viam itum in Anglia, per iuramentum, a rege in coro-
nationis actu inter cetera capita huc quoque directum:
quod defunctis episcopis non retineret ecclesiæ in manu sua,
sed statim electioni canoniceæ consentiens elector CONTI-
NVO inuestiret. Hoc iuramento obstrictus fuit STEPHA-
NVS anno MXXXV, referente MATTHEO Parisi, in hi-
stor. Angl. ad cit. ann. p. 62. mox tamen addente: sed ni-
bil horum, que DEO promiserat, obseruauit. Idem ab-
vitus adhuc continuatus est ab HENRICO II, unde nata
est contentio illa decantata inter regem et THOMAM Can-
tuariensem archiepiscopum, ob quam misere trucidatus
est. Ipsius causæ fata refert plenius NATALIS ALEXAND.
ad sec. XI et XII. diss. 10. art. I. Eundem abusum quo-
que in Germania commississe imperatores constat ex FRI-
DERICI II. diplomate apud MEIBOM. tom. III. rerum Ger-
man. in decadent. minor. prælat. relict. possess. in quo etiam
asserit, prædecessores consueuisse reditus et prouentus per
totius anni curriculum, ita prorsus auferre, ut non pos-
sint solui debita præcedentis, nec succedenti prælato neces-
saria ministrari. Hoc videbatur contra morem feudo-



rum

(3) ad hoc iuris exercitium collationes beneficiorum interim vacantium traherentur: 63)
 (4) ipsa

rum esse, quo vasallo inuestito statim fructus et obuentiones praestari debebant, quos imperatores tamen post investituram etiam ad anni curriculum retinebant. Etiam in Gallia electiones et inuestitures ob hunc quæstum saepius dilatas fuisse ad diuturnum tempus testis est S. BERNARDVS in epist. 122. ad Suectionensem episcopum: *Ha-beat rex aduersus comitem ius: sed de quo iure præsumit, ut ecclesiastarum possessio[n]es et terras deuastet, ut Christi ouibus pastores præfici non permittat, ut his quidem electorum promotionem prohibeat: aliis vero (quod habet enus in-auditum est) dilationem electionis inducat, donec uniuersa consumferint, donec dissipuerit pauperum facultates, donec penitus desoletur terra.* Grauiter preterea hunc ab-vsum notat in epist. 224. ad Stephanum Prenest. episcopum, scribitque: *concilcantur apud nos sancta, ecclesia turpiter ancillatur.* Nam et electiones episcoporum prohibentur fieri, et sicuti id præsumtum a clericis fuerit, ele-*ctus episcopari non finitur.* Denique sedet in tristitia ec-clesia Parisiensis, proprio desituta pastore, et nemo est, qui de alio substituendo mutare audeat. Non sufficit spolia-ri bonis præsentibus domos episcopales: etiam in terras et in homines manus sacrilega circum quaue deseuit, totius anni ex iis reditus sibi vindicando.

63) Quia collatio beneficiorum vacantium in episcopatu regulariter ad episcopum pertinebat, simulque in fructu es-se credebatur secundum glossam in c. 13. de elect. in 6. et iam ius conferendi beneficia vacanta tempore sedis va-cantis exercebant reges et imperatores, quod omnes fru-ctus vacantis episcopatus perciperent, beneficiorum au-tem collationes fructibus annumerarentur. Huius exten-sionis

fionis custodiae regalis prælaturarum vacantium facit men-
 tionem ALEXANDER III. in collect. prima antiqu. ab AV-
 GVSTINO edita in c. 6. de iur. patron. quara non absolu-
 te improbat, sed aliunde decisionem format, his verbis:
 ex diligente relatione magistri E. accepimus, quod cum
 bona memoriae R. quondam episcopus vester de assensu et vo-
 luntate vestra ipsum in canonice ecclesie vestre recepi-
 set, assignans ei XL. solid. sub annua pensione nomine pre-
 bende perecipiendos, quo usque præbenda vacaret in eccl-
 esia eadem, ad quem ipsum intitulavit, cum eum ad diaconatu-
 mus ordinem promovit, prædicto episcopo de medio sublatu, et
 redditibus episcopatus AD FISCVM DEVOLVTIS (in re cu-
 stodiae) cum quedam præbenda in iam dicta ecclesia vaca-
 ret, carissimus in Christo filius noster H. illustris rex An-
 glorum eam Thomae clero suo contulit (quod collatio be-
 neficiorum ad fructus vacantis episcopatus pertineret)
 cui etiam aliam postmodum in eadem ecclesia vacantem
 cum archidiaconatu ad quem dicitur pertinere, concessit,
 quas insimul non debet habere, cum nulli sit licitum, in
 una et eadem ecclesia duas præbendas obtinere. Quo fa-
 tho, idem Thomas fructum præbendæ sibi prioris taliter col-
 latæ Stephano fratri suo DE REGIA POTESTATE confi-
 sus conferre præsumpsit. Hæc erat facti species, in qua ni-
 hil illegitime factum existimabat ALEXANDER III. nisi
 quod a) Thomas post suscepsum archidiaconatum fratri
 suo Stephano contulerat præbendam priorem iure regio
 sibi concessam, quam non poterat simul cum archidiaco-
 natu retinere, nec in alium transferre, adeoque pro non
 dato habendum, quod ab illo datum erat, qui non poterat
 donare. Non improbat regiam collationem, sed potius
 agnoscit, illam iure regio fieri potuisse, sed cessionem il-
 lam in fratrem Stephanum improbat. Verum non ne-
 cessè erat in hoc casu hanc mouere questionem, quam
 indecisam relinquit pontifex, cum potius ex alio funda-
 mento questionem adductam decidat, regiam autem col-
 lationem

(4) ipsa bona prælatorum decedentium *iure*
Spolii in fiscum regium raperentur: 64) (5) ipsa
 deni-

lationem in suspenso relinquat. Grauiter enim obstat
 patronis iuris regaliarum, quod collatio beneficiorum
 sede vacante nequidem ad *capitulum* spectet, sed futuro
 reseruanda sit episcopo per c. 2. X. ne sede vac. c. 1. eod.
 in 6. et valde impropre collatio præbendarum fructibus
 episcopatus annumeretur, quamuis Galli ab hac senten-
 tia se dimoueri non patiantur.

64) Secundum antiquam ecclesiæ disciplinam quicquid ex
 ecclesiæ redditibus supererat, reuertebatur ad ecclesiæ
 c. 9. et 12. X. de *testam.* Extinctis itaque episcopis, ma-
 xime parum vel nihil tempore promotionis habentibus,
 quaelibet ab eo relicta, maxime *mobilia*, quibus substan-
 tia episcoporum vplurimum constabat, sub suam susci-
 piebant clerici cathedralis ecclesiæ custodiam, sed sub
 prætextu *custodiæ* diripiebant et tanquam *res ecclesiæ*, quo-
 rum interim *curam* habebant, vel potius tanquam *redi-
 tus ecclesiasticos* in suos usus vertebant. Etenim hi, qui
 senatum ecclesiasticum sub episcopo viuente constitue-
 bant, eo mortuo regimen ecclesiæ interim gerebant, et
 sic quoque *dispensationem* bonorum ecclesiasticorum ha-
 bebant, quæ prætextum iis præbebat, diripiendi ea, quæ
 in domo defuncti episcopi reperiebantur. Malum *hec*
 inuaserat iam ecclesiæ ante concilium Chalcedonense, in
 cuius c. 22. relato a GRATIANO c. 43. C. XII. q. 2. anno
 CCCXI. cautum erat: non liceat clericis post mortem
 episcopi sui rapere res pertinentes ad eum, sicut iam præ-
 cedentibus regulis constitutum habetur. Sed non cessauit
 hæc rapacitas detestabilis et seuia, vti vocatur in c. 47.
 C. XII. qu. 2. denuo variis in conciliis castigata, inpri-
 mis Herdenfi de anno D XLVI. c. 16. relato a GRATIANO

in c. 38. *ibid.* vbi cautum omnia usque ad tempus pontificis substituendi esse conseruanda, quem in finem etiam visitatores mox in ecclesiis viduatis constituebantur. In oriente has exuvias episcoporum metropolitani passim sibi adscribabant, quibus id prohibendum esse censebant patres in synodo Trullana anno DCCVI. c. 35. relato in c. 48. C. XII. q. 2. non liceat alicui metropolitano mortuo episcopo, qui sub eo est, aut res eius, aut ecclesia sue auferre, sed sint sub CVSTODIA cleri ecclesiae defuncti, usque dum alius ordinetur episcopus. Parum vero ita prospectum ecclesiæ vacanti sed magis ansa clericis data, spolia hæc sub prætextu custodiæ luerose ad se trahendi. Adhuc sub INNOCENTIO II. anno MCXXXIX. in concilio Lateranensi c. 5. relato in c. 47. C. XII. q. 2. repetita fuit prohibitio concilii Chalcedonensis, ut videlicet decadentium bona episcoporum a nullo omnino hominum díripiantur. Addunt patres: cestet igitur de cetero illa destabilis et saeva rapacitas, que eo tempore ab imperatoribus et regibus passim exercita erat sub iuris spolii appellatione. Videlicet, quia iam dudum inualuerat mos, reditus vacantis ecclesiæ ex iure custodiæ, secundum mores feudorum domino inuestienti debitæ, suos faciendi, ex vsu ipsius ecclesiæ haec tenus recepto, licet reprobato, sub custodiæ suam recipiebant exuvias defuncti prælati, easque reditus vacantis ecclesiæ facile attribuebant, quod verbis BERNARDI in *nota præced.* iam illustratum est. Dimiserunt tandem imperatores hunc iuris custodiæ depravatum usum, ceu docet diploma OTTONIS IV. de anno MCXCVIII. apud SCHATENIVM in annal. Paderborn. ad cit. ann. p. 915. præterea consuetudinem minus de centem, quam Fridericus imperator contra iustitiam induxerat scilicet, quod decadentibus principibus ecclesiasticis videlicet personis quemadmodum archiepiscopis, episcopis, abbatibus, abbatissis vel præpositis eorum suppellestilem sibi violenter usurpauit, penitus abolemus nec a nobis

nobis nec a nostris successoribus retractandum. In diplomate de anno MCCX. apud EVNDEM ad cit. ann. p. 956. non FRIDERICI I. (quod etiam erroneum esse, antea dicta facile monstrant) fit menio, sed potius dicitur: *illum igitur abolere volentes abusum, quem interdum quidam prædecessorum nostrorum exercuisse dicuntur in electionibus prælatorum, concedimus et facimus, ut electio-nes prælatorum libere et canonice fiant, quatenus ille præ-ficiatur ecclesiæ viduatæ, quem totum capitulum vel maior et senior pars ipsius duxerit eligendum, dummodo nihil ei obstat in canonicis institutis* - - - Illum quoque dimitti-mus et refutamus abusum, quem in occupandis bonis dece-dentium prælatorum aut etiam ecclesiæ vacantium no-stri consueverunt antecessores committere pro motu propriæ voluntatis. Adhuc expressius OTTO IV. in diplomate an-no MCCIX. archiepiscopo Magdeburgensi ALBERTO dato antiquum hoc ius custodiae et inde dependentia comoda similibus declarat verbis apud TÖLNERVM in his-tor. Palat. eiusque cod. diplom. n. 71. Pariter FRIDERICI II. diploma de anno MCCXVI. ad eundem archiepiscopum direc-tum apud TÖLNERVM cit. l. n. 78. idem euincit, monstratque, consueuisse imperatores, quories episco-porum et archiepiscoporum liberrates atque iura eo tem-pore confirmarunt, huic iuri spoliæ renunciare. Ita enim prælaudatus imperator: *ideoque veterem illam consuetu-dinem detestantes, quam antecessores Romani imperatores et reges in cathedrales exerceuerunt ecclesiæ et abbatias, quæ MANV REGIA porriguntur, quod videlicet deceden-tibus episopis et prælatis eorum non tam reliquias rerum mobilium eorundem consueuerunt occupare et commertere in usus proprios occupatas, quam etiam redditus et prouen-tus per totius anni curriculum ita prorsus auferre, ut non possint solui debita decendentis nec succedenti prælato neces-saria ministrari.* Conf. MEIBOMII dissert. de iure quo-dam antiquo imperat. German. in decedent. mai. prælat. relict. possess. tom. III. rer. German. p. 185. relata.

65) Re-

denique bona ecclesiastica tempore custodiaz
variis aliis exponerentur abusibus. 65)

§. XII.

65) Referuntur haec grauamina, in Anglia præsertim commissa, in concilio Lambethensi sub BONIFACIO Cantuariensi archiepiscopo anno MCCLXI. habitu ab HARDVINO tom. VII. concil. p. 542. relato his verbis: *accidit etiam aliquando, quod domino rege vel alio magnate ecclesiistarum cathedralium vel conuentualium de regni consuetudine, CVSTODIAM EXERCENTE, cum secundum chartam libertatum, ab eodem domino rege et suis prædecessoribus ecclesiæ concessarum, tantummodo rationabiles exitus capere debeat, ac rationabiles, consuetudines ac rationabilia seruitia talis CVSTOS; et hoc sine destruptione, dissipacione et vasto rerum et hominum: ballivi tamen regis vel magnatis tutelam vel custodiam exercentes, præter tallagia immoderata, quæ imponunt hominibus, et tenentibus ecclesiistarum vacantium minus iuste; bona mobilia et immobilia plerumque hominum et tenentium prædictorum sic vacantis ecclesiæ in tali CVSTODIA seu cruciatu potius constitutæ, consumunt prodigaliter et dirimunt violenter, parclos, nemora et vinaria destruentes; et domos, habitationes et grangias ceteraque aedificia, que sustineri deberent in bono statu, ex negligentia vel malitia, quandoque dissipare et ruere permittentes; bona dilapidant, pauperes et alios male tractant, non solum ad ea, quæ ratione CVSTODIAE obtinere consueverunt, manus extendunt, sed etiam ad bona superstítum, et ad ea, de quibus conuentus ecclesiistarum ipsarum sustentari deberet; et ad ea etiam, quæ ratione baronie ad dominum regem vel magnates alios vel ad eorum administrationem seud dispositionem, cum sint spiritualia vel annexa spiritualibus, pertinere non possunt, utpote ad decimas, oblationes al-*

taris,

§. XII.

Quia vero *beneficiorum minorum collatio*
 in quacunque dicecessi pertinet ad episcopum
 aliumue prælatum, *iure ordinario*; ius custo-
 dice etiam prælati sibi asseruerunt in vacanti-
 bus beneficiis, et hoc intuitu sibi ius redditus
 percipiendi vindicarunt, constituta in vacante
ecclesia persona, cui interim beneficium va-
 cans commendabatur, cuique portio congrua
 ex redditibus assignabatur. 66) Fundabant præ-
 lati
 taris, episcopatibus seu monasteriis appropriatas, et ad
 familia, que profanis usibus applicari non debent.

66) Iure communi feudorum etiam utabantur episcopi,
 quod de beneficio inuestirent clericos inferiores vel me-
 diate vel immediate. Consuetudini id attribuit BONIFA-
 CIVS VIII. in c. 9. de offic. ordin. in 6. simulque usum hu-
 ius iuris probat vetustum aiens: *præsenti prohibemus edi-
 ctio, ne episcopi vel eorum superiores, aut abbates seu qui-
 uis alii regulares vel seculares prælati aut ecclesiasticæ
 quæcunque personæ, vacantibus dignitatibus, personali-
 bus, prioratibus, vel ecclesiis quibuscumque sibi subiectis,
 seu ad collationem, ordinationem, præsentationem vel CV-
 STODIAM pertinentibus, eorundem bona (morientibus
 eorum rectoribus vel ministris) in ipsis inuenta sue vaca-
 tionis ipsorum tempore obuenientia, qua in utilitatem eo-
 rundem expendi vel futuris debent successoribus fideliter
 referuari, occupare, aut in usus suos conuertere quoquo
 modo præsumant; nisi de speciali PRIVILEGIO seu CON-
 SVETVDINE iam præscripta legitime, seu alia causa ra-*

tionabili, hoc eisdem competere dignoscatur. Vsum eius
 iuris antiquum non sustulit, sed potius approbavit; re-
 centiorem vero tantum improbavit, in illis ecclesiis, in
 quibus haec tenus ius *custodie* prelati haud exercuerant.
 Speciatim vero eorum facit mentionem, ad quorum *cu-*
stodiā bona pertinebant, quia praelati quidem regulariter
 conferabant beneficia ecclesiastica, *ius custodie* tamen et-
 iam speciatim attribuebatur aliis, ut *archidiaconis* vel *archi-*
presbyteris, ut infra dicendi locis erit. Ceterum non du-
 bium est, quin interim *curam fiduciariam* ad tempus ali-
 cui commendauerint, eique de *congrua portione* prou-
 derint, ita ut tantum, qui superfuerint reditus, iure *cu-*
stodie suos facerent, quod etiam indigitat *cit. l. pontifex.*
 Nonnunquam vero hac caurela vrebantur episco-
 pi, ut statim quidem alicui ecclesiam commendarent,
 probationis tantum *gratia*, ad tempus, sed non perpe-
 tuō concederent, ita quidem ut si non esset idoneus vel
 eius conuersationis et vitæ, cuius esse deberet, exinde amo-
 veretur. Hac caurela vſus erat episcopus Tornacensis,
 ceu refert ALEXANDER III. apud HARDVIN. tom. VI.
 concil. P. II. p. 1435. in app. 1. epist. 14. quod non adeo
 improbat pontifex, sed potius delegatis suis mandat, ut si
 constiterit, ad tempus tantum eidem clero commendata
 fuisse ecclesiam, ei perpetuum silentium, super querelis,
 contra episcopum motis imponerent. Questus enim erat
 presbyter hic, quod praedictus episcopus, quod ei solue-
 re noluisset, quod ab eo fuerat postulatum, eum officio et
 ecclesia sua spoliasset, ut verba initialia epistole laudare
 indicant. Vnde probabiliter infert THOMASSIN. de vet.
 et noua eccl. discipl. P. III. lib. II. c. 37. s. 1. episcopum
 Tornacensem sibi reseruasse reditus parochiæ vacantis,
 congruam vero portionem assignasse huic commendata-
 rio, qui titulo ecclie totoque adeo eius prouentu gaude-
 re se debere confidebat.

67) Id

lati se in priuilegio vel consuetudine 67) vi cuius etiam ius spolii, tanquam annexum custodiae, exercebant. Consuetudo quidem ex ratione anti-

Ex consuetudine.

67) Id iam ex c. 9. de offic. ord. in 6. in not. præced. modo illustratum est. Pariter in concilio Londonensi de anno MCCLXXIII. c. 16. apud HARDVIN. tom. VII. concil. p. 627. ad hoc duplex fundamentum prouocatum est his verbis: *Statuimus, ut cum ecclesia vacare contigerit, prælati sub quibus consistunt, fructus et prouentus per annum vel aliquanto alio tempore nequaquam percipiant earundem, neque sios factant sic perceptos, sed de ipsis fiat quod in canonibus est. Nisi forte iidem prælati ius huiusmodi sibi valeant ex speciali PRIVILEGIO vel CONVENTU DINE ab antiquo vindicare.* In concilio Rauenat. IV. de anno MCCCXVIII. c. 1. apud HARDVIN. tom. VII. concil. p. 1435. generaliter præmittitur, ecclesiarum vacantium prouentuum dispositionem ad earum ordinarios pertinere, adeoque vacanti ecclesiæ teconomum constituiere debere, qui colligat reditus et prouentus ad eiusdem ecclesiæ et successoris defuncti rectoris ipsius utilitatem et statum. Praeterea prohibetur canonicis clericis seu patrono ecclesiæ sic vacantis, ne de redditibus et prouentibus ipsius ecclesiæ se intromittant, nisi altero eorum competat de CONVENTU DINE approbata vel PRIVILEGIO speciali. Quod ergo utroque modo competere potest patrono vel capitulo propter præsentationem vel electionem, multo magis id sibi potuit afferere episcopus ex alterutro fundamento. Sicut enim ius custodiae vacantis beneficii ex iure conferendi dependebat olim, ita in quibusdam prouinciis etiam patroni aliique collatores hanc consuetudinem introduxerunt non sine ratione.

*Vel speciali
privilegio quod
ius deportus
Galli dixe-
runt.*

antiqua feudorum deducta optimum sine du-
bio titulum habebat, ut antea obseruatum est,
et specialiter apud Gallos ius *deportus* ea de-
causa dicebatur; 68) *priuilegio* vero vel *spe-
ciali concessione* tunc sine dubio opus fuit,
quando ultra tempus consuetum, intra quod
vacantia beneficia sub iure *deuolutionis* confe-
renda erant, hæc *redituum* perceptio ex iusta
causa

68) *Deportus* vel Gallice *deport*, dici a *portione*, seu quod
de *portione* *redituum* quid capiatur, admodum probabile
est. Notat THOMASSINVS de *vet. et nov. eccl. disc.*
P. III. lib. 2. c. 37. s. fin. nomen hoc in confuerudinibus
Andium et *Cenomanorum* occurere atque eo designari
duas tertias seu portiones *redituum feudi* cuiuspiam, quæ
reuocantur ad dominum feudi, tempore minorenitatis
vasalli, *reliqua* *tertia* *parte addicta minoribus ipfis alienis* fouendisque. Addit idem: erant *episcopi archidiaconi*
et *prælati* alii *velut custodes et conseruatores beneficio-*
rum *vacantium*; *quorum* *reditus iure quasi dominii di-*
recti *episcopos ex moribus feudorum*, *quorum* *rationem*
habebant *beneficia ecclesiastica*, suos faciebat *quoad ma-*
ximam *partem*, *portione* *congrua ei destinata*, cui in-
terim *ecclesia commendata* erat. LUDOVICVS HERI-
CVRTIVS in tr. gallico sermone scripto sub titulo: *les*
loix ecclésiastiques de France dans leur ordre naturelle
P. IV. c. 4. s. 24. inde originem huius iuris deriuat,
quod *episcopi*, vel eorum *archidiaconi* in *quibusdam*
dicecessibus ab antiquo fuerint custodes et depositarii va-
cantium *beneficiorum*, quibus interim prouidere debe-
bant.

69) Ra-

causa extendebatur. 69) Eadem consuetudo etiam *archidiaconis* in quibusdam dicēcēsibus *custodiam* ecclesiārum vacantium sub suo banno existentium assignauit, quibus interim eārum cura fiduciaria concredita est, et sic virtute eius alibi in totum omnes reditus, alibi partem de tunica acceperunt. 70)

§. XIII.

*Aliquando es-
iam archidia-
coni.*

69) Ratio huius iuris *custodiam* et inde dependentia iurantum permisit episcopis intra tempus, quo vacare consuevit beneficium, quamvis hoc in pluribus dicēcēsibus ad annum vel aliquot menses restrictum fuerit, quem terminum excedere non potuerunt episcopi, nisi ex *speciali concessionē pontificis*. Hujus sit mentio in c. 10. *derefcript.* in 6. vbi episcopo propter *ces alienum soluendum* permīssum erat, ad *quinquennium* sibi reseruare vacantium beneficiorum reditus, ut tamen hāc *specialis concessio* non sit extendenda ad illos fructus vacantis beneficii, qui cuicunque singulari *personae de speciali consuetudine*, prīvilegio vel statuto forsitan debebuntur, vbi rursus pontifex *consuetudinem antiquam*, de qua antea dictum, in hoc argumento optime fundatam probat. Aliud exemplum huius *specialis concessionis* BONIFACIUS VIII. in c. 26. *de præb.* in 6. refert.

70) Quia episcopi *archidiaconis* magnam partem officii sibi incumbentis iure *vicario* concesserunt, plura ad se traxerunt iure *perpetuo*, vnde etiam *vicarii nati* fuerunt diciti. c. 9. *de offic. archidiacon.* In plerisque dicēcēsibus etiam curam fiduciariam ecclesiārum parochialium vacantium illis commiserunt, ex qua sibi vniuersum *ius custodie et exuiliarum admodum lucrēsum*, tandem vel in

totum vel pro parte attribuere tentarunt, atque ipsis episcopis desuper quæstionem monerunt, ceu exemplo archiepiscopi Eboracensis pontifex docet in c. 6. X. de instit. Huic ab archidiacono quæstio de hoc iure fuit mota. Ipse archiepiscopus se in eo fundabar, quod *institutio personalium et custodia ecclesiastiarum vacantium ad eum insua dictæ cœsi spectaret tam de iure communi, quam consuetudine generali.* E contrario archidiaconus respondit, quod tam *institutiones, quam custodias non personaliter, sed perpetuo, de consensu capituli, archidiaconis reali concessione donauerit olim archiepiscopus T. Eboracensis, atque in hac reali possessione prædecessores eius fuerint, ex qua possessione successorum se tuendum censuit.* Magnum enim robur habet possessio vel quasi antecessorum, intuitu officii et sic realiter exercita, quæ etiam successori prodest. Licer vero tantum in *possessorio, non in petitorio* pronunciarerit pontifex, palam tamen est, in hoc casu *speciale fundamentum custodie* ab archidiacono adductum fuisse, *concessionem scilicet realem, tam institutionis, quam custodiæ vacantium ecclesiastiarum, quæ ante de iure communi ad episcopum Eboracensem pertinebat.* Neque enim ius instituendi seu curam animæ committendi regulariter archidiacono debetur c. 4. X. de offic. archid. quāmuis interim curam ecclesiæ vicino commendare solet ei *institutionem corporalem* exerceat. c. 7. X. eod. Novo exemplo pontifex in c. 51. X. de appell. declarat, archidiaconos affectasse *ius custodiæ lucrosum* quavis occasione, cuius generali fundamento tamen destituuntur. Abbas S. Augustini monasterii Cantuariensis *custodiad* cuiusdam ecclesiæ, quam ad se pertinere asserebat, forsan *unionis iure*, per quosdam monachos exercuerat et ita *possessionem ipsam ingressus erat, contra quævis attentata vocem appellationis ad pontificem emittens.* Sed tum monachos tum abbatem per vim eiecerunt quidam laici, ex iussu archidiaconi *Cantuariensis*, qui attentati huius

huius defensionem suscepit. Procurator enim archidiaconi respondit, eos nec in *possessorio* nec in *petitorio* hanc restitutionem petere posse: eos non possedisse ecclesiam prædictam *ratione iuris custodiae*, quæ *defuncta persona ecclesie* tantum datur, h. e. vicario constituto: archidiaconos Cantuarienses, qui pro tempore fuerint, tam de *iure communi*, quam de *generali consuetudine* Cantuariensis prouinciae, tam in ecclesia, quam in aliis vniuersitis eiusdem dicceesis hoc iure semper viros idque probatum fuisse: se rem vacuam, cuius custodiendæ ius haberet, imo quam ex officio custodire tenebatur, custodiendam suscepisse: monachos non debuisse propria auctoritate possessionem intrare, praesertim cum scierint, vel scire debuerint, quod *custodia ecclesiærūm vacantium ad archidiaconum pertineret*, et sic possessionem eorum clandestinam fuisse, nec eos pro possessoribus veris haberi posse. His tamen allegationibus non obstantibus, abbatem et monachos, salvo *petitorio*, restituendos esse et *fructus mediæ temporis* iis assignandos censuit pontifex. Liquet vero ex hoc textu, archidiaconos de *iure communi* hanc *custodiā minorum ecclesiærū lucrosam* et cum percepcione redditum coniunctam sibi asseruisse, quod falsum erat, licet forsan *consuetudo specialis* hanc ei attribuere potuerit. Etenim ad abbatem prædictum ecclesia vacans pertinuisse videbatur, quod non simpliciter negabat archidiaconus, et sic *ius instituendi personam* in illa habebat, vnde potius *ius custodiae* dependebat. Interim vacuum fuisse vi sum *iuris custodiae*, et archidiaconos quandoque vel decanos rurales ex statuto vel consuetudine illud sibi asseruisse negari nequit, quod etiam admittit THOMASSINVS de *vet. et nov. eccl. discipl.* P. III. lib. 2. c. 37. §. 12. quia archidiaconi vbiique lucrum captarunt, et ius suum inuercunde extendere conati sunt. Simili ratione archidiaconi Osnabrugenses sibi *ius deportus et exuuiarum* asseruerunt haec tenus, contra quod acriter disputat

§. XIII.

Eiam duces et
comites ius cu-
stodie exer-
cuerunt.

Denique quia etiam ab antiquo duces, co-
mites, dynastæ et prælati monasteriorum at-
que capitulorum collationes beneficiorum quo-
rundam habuerunt, vel ex *fundatione* vel ex
munere regio per modum feudi vel ex aliis cau-
sis, non mirandum est, eosdem quoque in
Gallia et Germania olim *ius custodiæ* imo eius
abusum, seu *ius exuuiarum*, exercuisse. 71) Nec
desunt
putat B. KRESSIVS in tr. vom Archidiakonal-Wesentl. VI.
f. 9. ostenditque, seculo XIII. hoc ius ab ADOLPHO
episcopo abolitum et hanc abolitionem ab HONORIO
pontifice approbatam fuisse, teste ERDMANNO in chron.
Osnabrug. apud MELBOM. tom. II. rer. Germanic. p. 215.
quamuis haec prohibito parum profuisse videatur. In
eo ut plurimum peccarunt episcopi, quod curam mino-
rum ecclesiasticorum vacantium a se abdicauerint, illamque
commiserint archidiaconis, qua occasione sibi ius fructus
interim percipiendi attribuerunt, licet ius *instituendi* ad
episcopum pertineret, vnde ab antiquo primario depen-
dit *ius custodiæ*, ceu in antecedentibus monstratum est.
Sed nihil non tentarunt ad quævis iura episcoporum
vsurpanda, vt ipsis episcopis admodum graues facti fue-
rint eisque de primariis iuribus episcopalibus quæsti-
onem mouerint, vt merito *in dubio* contra eorum ausus
responderi debeat.

71) Hoc argumentum variis exemplis et testimoniis ex an-
tiquitatibus petitis exornat et illustrat ANTON. DADI-
NVS ALTESERRA de ducibus toto cap. VIII, quod de cu-
stodia

flodia seu guardia vacantium ecclesiarum agit atquedocet, vacantium ecclesiarum *custodiam* et temporalium occupationum non solum reges Galliae, sed etiam *duces* et *comites*, quorum in prouinciis episcopatus et abbatiae erant, sui iuris duxisse, quod de illis episcopos abbatesque inuestirent. Comites Tholosanos hoc ius exercuisse, cum ducibus Aquitanie, quoad prouinciam Burdegalensem monstrat PETRVS de MARCA de conc. sacerd. et imp. lib. VIII. c. 26. sg. Etiam olim in Germania episcopi et abbates sub ducibus fuerunt, et adhuc hodie quidam sunt. In Bauaria ius *ordinandi episcopos* exercuit dux prouinciae, in eoque confirmatus est ARNOLDVS per transactionem cum HENRICO aucope, in qua consensit, ut totius Boioarie pontifices *ipssus ditioni* subiacerent, eiusque potestatis esset, uno defuncto, alterum ordinare, teste LUTPRANDO lib. II. c. 7. Quia ergo episcopos inuestiebat de episcopatu, ius *custodiae* vacantis episcopatus eum exercuisse certum est, quod *inuestiturae* huic cohaerebat. HENRICVS Leo in diplomate de a. MCLXX. apud LVNICIUM in Reiche. Archiv p. spec. contin. II. IV. Abth. VI. Absab p. 498. asserit: se tres episcopatus in Saxonia construxisse, quorum collator ex ipso iure patronatus erat, atque adeo inuestiuit episcopos, teste HELMOLDO in chron. Slav. c. 70. aiente: VICELINVS Luneburgi. - suscepit episcopatum per virginam de manu ducis, quamvis in dubium hoc duci vocare ausus est VICELINVS ex communi praejudicio asserens, episcopos inuestire, solius imperatoria*majestatis* esse, ut IDEM c. antec. restatur. Qua de causa, ut HENRICVS Leo huic obstaculo erroneo occurreret, ab imperatore FRIDERICO I. confirmationem huius iuris impetravit, et sic probabile est, eum ius annexum *custodiae* exercuisse ex moribus feudorum antiquis.

In eo etiam pa-
tronum. desunt exempla *patronorum* in Anglia 72) ali-
bique, qui *custodiam* hanc sibi arrogarunt, ex
eodem, quo prælati seu *ordinarii collatores*,
fundamento, quod clericos suos inuestirent
de hoc *beneficio parochiali*, et sic ius quoddam
feudi in illud exercent, cui ex consuetudine
annexum erat *ius custodiæ*, adeo ut in legibus
ecclesiasticis illis quoque ex hoc fundamento
pariter assertum fuerit. 73) Quia vero princi-
piis

72) Teste MATTHAEO Parisiensi in *histor. Anglic.* ad ann. MCCCXV. generaliter asserit, omnes patronos habere cu-
stodiam ecclesiistarum suarum, cum vacauerint. Huc respe-
xit INNOCENTIVS III. in c. 12. X. de pœn. quo redarguit
XX patronos, aduocatos seu vicedominos, quod *vacantibus ec-*
clesiis de possessionibus alisque bonis ecclesiasticis pro sua
voluntate ordinare præsumerent, quod eo tempore iure
custodiæ faciebant, quia de illis præsentatos clericos inue-
stiebant. Abusum tamen magis in adductis verbis no-
tasse videtur pontifex, non vero iuri huic dicam scriptit,
constituendo, ne de cetero plus usurpent, quam reperiatur
in iure permissum. Etiam GREGORIVS X. in concil. Lug-
dun c. 12. relato in c. 13. de eccles. in 6. non improbat pa-
tronorum *ius custodiæ*, quod ex fundatione vel *antiqua*
consuetudine sibi vindicabant; modo ab abuso eius absti-
nerent.

73) Rudera huius iuris antiqua iam in *nota præcedente* ad-
duxii, quæ etiam *ſ. XII. in notis* illustrata sunt, et eu-
cta a FRANCISCO de ROYE de iur. *patron.* in proleg. c.
XXXIV.

74) Quod

piis in decretalibus nouiter assumtis hoc ius admodum repugnabat, quod æquale ius *laici* cum *clericis* affectarent, quod intolerabile vi-
sum fuit proceribus ecclesiæ, constituerunt, solos clericos, si vel maxime tantum patroni
essent, ius conferendi seu dandi ecclesias habe-
re, quod iure *feudi* fiebat: non *laicos*, qui tan-
tum *nominare*, *designare* et *præsentare* possent
personas episcopo, cui hic conferret, et iure
feudi ecclesiam daret. 74) Inde factum esse
reor, vt *patroni laici* hac sub noua iuris eccl-
esiastici disciplina ius custodiæ dimittere coacti,
ecclesiasticis patronis in suo iure confirma-
tis, 75) potentiores vero exemplo Cæsarum va-
riis occasionibus et insidiis inducti fuerint, vt
iuri suo prorsus in *Germania* renunciarent, 76)
regi-

*Quod iure de-
cretalium re-
probatum.*

74) *Quod plenius docuit Dn. PRAES. tom. III. tit. de iur. pa-
tron. s. 53. sqq.* qua noua doctrina *ius patronatus* admo-
dum imminutum et fere suppressum fuisse, quilibet me-
cum constituet; ad minimum primæuam naturam suam,
astutia paparum, amisit, vt cadauer nudum, amissa ani-
ma, superesse videatur.

75) *Vnde monachis, qui ius patronatus habebant, facilius
bonum ius concessit pontifex eosque in possessione, confir-
mavit, vt supra ex c. 51. X. de appell. est euictum.*

76) *Quod duces comitesque in Gallia passim fecerunt, ceu
variis exemplis NATALIS ALEXANDER ET PETRVS de
I 2 MAR.*

regibus Galliae contra ausus papales et episcopales ius suum regaliorum, quod vocant, strenue defendantibus et propugnantibus. Atque hoc modo exitum infelicem tandem apud nos *ius custodiæ* tam in *feudis*, quam *beneficiis ecclesiasticis* accepit, quod me quoque ad exitum huius dissertationis vocat, ut, pro modu-
lo ingenii officio meo functus, riuu-
los claudere queam.

MARCA cit. II. monstrant. Nunquam enim desuit occasio pontifici aut episcopis, tales renunciations ab illustribus, peccatorum mole grauatis et pœnitentia subiectis, extorquendi, qualem vim etiam passi sunt FRIDERICVS II. et RAYMUNDVS comes Tholosanus. Posterius docet MARCA cit. I. lib. VIII. c. 26. ibique STEPH. BALVIVS. Illud vero sine censura dimitti non potest, quod pontifex, qui in Italia, in qua olim contulit, more antiquo, ecclesiis, hoc ius cum iure colligendi exuuias decedentium praelatorum exercuit, illud ad alia quoque regna, in quibus legitimi huius iuris possessores illud dimittere coacti sunt, extendere et in eis *collectorès spoliorum* constituerre voluerit, ut constat ex bullis a PAVL O III. aliisque publicatis et a RE-DOANO de spol. eccles. post quest. XVII. relatis, omni legitimo titulo destitutus, maxime quoad Germaniam. Neque enim *ius custodiæ*, unde olim dependebat *ius spoliæ*, in Germania exercet, nec eius vestigia quædam adducta aut refer-
erata suunt in concordatis nationis Germanicæ, in quibus, quæ sedi populi præstanta, determinata sunt exacte: nec quod olim in aliis ægerrime admisit, ad sua reservata referre pos-
sunt, nec denique ex iure annatarum illud deduci potuit, cu-
ius diuersam indelem aiure custodiæ et regaliorum in obser-
vam vnt. ad Petrum de Marca lib. VI. c. 10. obs. 5. Dn. PRAES. demonstrauit.

T A N T V M

Die

Die Freundschaft unter uns ist so genau ver-
bunden,

Als wie man in der That bey guten Freunden
sieht,

Da jedes seinen Theil zu rechter Zeit gefunden,

Das alle Freudigkeit vollkommen nach sich
zieht.

Drum bin ich auch vergnügt bey diesem Dispu-
tiren.

Wo Dein gelehrter Fleiß von mir den Dienst
begehrft,

Und will Dir zwar voriezt gewöhnlich opponi-
ren,

Doch bist Du noch vielmehr als dieser Liebe
wehrt.

Nimm also den Beweß von ungesärbter Treue

Bey der Gelegenheit in diesen Zeilen hin,

Und glaube, daß mein Herz sich ungemein erfreue,

Weil ich Dir Lebenslang und ganz ergeben bin.

Der Himmel stelle sich mit vielem Wohlergehen,
Als dem bestimmten Theil in Deinem Leben
ein,
Und lasse jedes Glück in vester Dauer stehen,
So werd ich jederzeit mit Dir erfreuet seyn.

L. G. v. Katt.

Wer glücklich leben will, der muß die Rechte
lernen,
Denn also steiget man von unten zu den Sternen,
Sonst bleibt der schwache Fuß auf einmahl
stille stehn,
Und kann nicht weiter fort in seinen Wegen gehn.
Dies hast Du, Werther Freund, bisher in
acht genommen,
Drum ist auch Dein Bemühn nunmehr so weit
gekommen,

Daß

Das Du die Wissenschaft durch Unterredung
zeigst,

Und als ein Mäusen-Sohn auf den Catheder
steigst.

Wohlan! so laß Dich nun in Deiner Antwort hö-
ren,

Nicht aber Deinen Fleiß durch einen Eintwurff
stöhren.

Und weil ich allezeit zu Deinen Diensten bin.

Drum nimm auch diesen Wunsch von meinen
Lippen hin:

Der Höchste lasse Dich in allem Wohlseyn leben!

Ich aber bleibe Dir so lange Zeit ergeben,

Als meine treue Brust Dein Bildniß in sich
fasst,

**Das Du, Geliebter Freund, darein ge-
präget hast.**

Dies schrieb aus Freundschafts-Pflicht und zwar in aller Kürz
Dein treuergebner Freund und Diener,

August Stürz.

Gin treugesinnter Freund lässt seine Freude
sehn,
Wenn etwas rühmliches durch eine That ge-
schehn,
Und kan zu seiner Zeit den Beyfall nicht ver-
schweigen,
So bald sich in der Welt dergleichen Proben zei-
gen.

Ich stelle mir daher Dein schönes Beyspiel vor,
Und richte mich aniezt bey Deinem Glück em-
por,
Dir als ein guter Freund durch einen Wunsch zu
dienen,
Nachdem der Augenblick zu diesem Zweck erschie-
nen.

Dagegen gönne mir, statt dieser Liebes-Pflicht,
Von Deiner Redlichkeit das Kraut Vergiß
mein nicht,
Und laß Dich fern und nah stets als ein Freund
erkennen,
So wird das feste Band nichts als der Tod zer-
trennen.

Hiermit empfiehlet sich seinem werthgeschätzten
Freunde zum geneigten Andenken

S. H. Al. Fuchs.
Detmolda-Lippiacus.



02 H 1198



1018




B.I.G.

Farbkarte #13

	8						
	7						
	6						
	5						
	4						
	3						
	2						
	1						
Inches	1						
Centimetres	2	3	4	5	6	7	8

Blue							
Cyan							
Green							
Yellow							
Red							
Magenta							
White							
Black							

ERTATIO IVRIDICA
DE
CVSTODIENDI
TUS VACANTIS
BENEFICII
QVAM
PRAESIDE
FRIDERICIANAE DIRECTORE
HENNINGIO BOEHMERO ICTO
ORVSSIAE REGIS A CONSILIIS INTIMIS
ICTORVM VICARIO PRAESIDE P. P.
XXII. DECEMBER. MDCCXLII.
CO ERVDITORVM EXAMINI
H. L. Q. C.
SUBMITIT
VS DAVID TAVCHER
BEROL.



AE MAGDEBURGICAE
GRVNERTI ACADEM. ET SENAT. TYPOGRAPHI.